

TACITUS, *Cornelius*

"

DIALOGUS
AGRICOLA
GERMANIA

Edited by G. Richardson



LONDON: WILLIAM HEINEMANN
NEW YORK: THE MACMILLAN CO.

MCMXIV

K

DIALOGVS DE ORATORIBVS

P. CORNELII TACITI DIALOGVS DE ORATORIBVS

1 SAEPE ex me requiris, Iuste Fabi, cur, cum priora saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint, nostra potissimum aetas deserta et laude eloquentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat; neque enim ita appellamus nisi antiquos, horum autem temporum disertis causidici et advocati et patroni et quidvis potius quam oratores vocantur. Cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis pondus excipere ut aut de ingeniis nostris male existimandum *sit*, si idem adsequi non possumus, aut de iudiciis, si nolumus, vix hercule auderem, si mihi mea sententia proferenda ac non disertissimorum, ut nostris temporibus, hominum sermo repetendus esset, quos eandem hanc quaestionem pertractantes iuvenis admodum audivi. Ita non ingenio, sed memoria et recordatione opus est, ut quae a praestantissimis viris et excogitata subtiliter et dicta graviter accepi, cum singuli diversas quidem sed probabiles causas adferrent, dum formam sui quisque et

P. CORNELIUS TACITUS

A DIALOGUE ON ORATORY

DEAR JUSTUS FABIVS,—There is a question that you often put to me. How is it that, whereas former ages were so prolific of great orators, men of genius and renown, on our generation a signal blight has fallen: it lacks distinction in eloquence, and scarce retains so much as the name of ‘orator,’ which we apply exclusively to the men of olden time, calling good speakers of the present day ‘pleaders,’ ‘advocates,’ ‘counsel,’—anything rather than ‘orators.’ To attempt an answer to your conundrum is to take up a difficult investigation, involving this grave dilemma: either it is want of ability that keeps us from rising to the same high standard, in which case we must think meanly of our powers, or it is want of will, and in that event we shall have to condemn our taste. Such an attempt I should really scarce presume to make, if it were my own views that I had to put forward, instead of reproducing a conversation between certain persons,—very good speakers, according to our present-day standards,—whom I listened to when quite a youth as they held high debate over this very issue. So it is not intellectual ability that I require, but only power of memory, in order now to recount the sagacious thoughts and the weighty utterances which I heard

TACITVS

animi et ingenii redderent, isdem nunc numeris isdemque rationibus persequar, servato ordine disputationis. Neque enim defuit qui diversam quoque partem susciperet, ac multum vexata et inrisa vetustate nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferet.

- 2 Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tamquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum Marcus Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego utrosque non modo in iudiciis studiose audiebam, sed domi quoque et in publico adsectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem, quamvis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius

A DIALOGUE ON ORATORY

from the lips of those eminent men, reproducing the same divisions and the same arguments. The explanations which they severally offered, though discrepant, had each something to recommend it, and in putting them forward the speaker reflected in every case his individual way of thinking and feeling. I shall adhere moreover to the order in which they actually spoke. For the opposite point of view also found a champion in one who, roundly abusing the old order of things, and holding it up to ridicule, exalted the eloquence of our own times above the genius of the past.

It was the day following that on which Curiatius Maternus had given a reading of his 'Cato,' when court circles were said to have taken umbrage at the way in which he had thrown himself in the play heart and soul into the rôle of Cato, with never a thought of himself. The thing was the talk of the town, and Maternus had a call from Marcus Aper and Julius Secundus, then the leading lights of the bar at Rome. Of both of them I can say that,—being passionately fond of rhetorical studies, and fired with youthful enthusiasm,—I made a practice not only of listening attentively to their pleadings in court, but also of attaching myself to them at their homes and attending them out of doors. I wanted to drink in their casual talk as well, and their discussions, and the confidences of their esoteric discourse, notwithstanding the many spiteful critics who held that Secundus was not a ready speaker, and that Aper's title to oratorical renown was based on ability and inborn talent rather than on any literary training. The fact is that Secundus was the master of a style that was idiomatic and precise and fluent enough for his purpose, while Aper was a man of all-round

TACITVS

litteras quam nesciebat, tamquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.

3 Igitur ut intravimus cubiculum Materni, sedentem ipsumque quem pridie recitaverat librum inter manus habentem deprehendimus.

Tum Secundus “Nihilne te” inquit, “Materne, fabulae malignorum terrent quo minus offensas Catonis tui ames? An ideo librum istum adprehendisti ut diligentius retractares et, sublatis si qua pravae interpretationi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem?”

Tum ille : “Leges tu quid ¹ Maternus sibi debuerit, et adgnosces quae audisti. Quod si qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet; hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipse formavi. Atque ideo maturare libri huius editionem festino, ut dimissa priore cura novae cogitationi toto pectore incumbam.”

“Adeo te tragoediae istae non satiant,” inquit Aper, “quo minus omissis orationum et causarum studiis omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? cum te tot amicorum

¹ See note 1, p. 131.

A DIALOGUE ON ORATORY

learning, who as regards literature was not so much ignorant as disdainful, believing that his industry and application would redound more to his credit if it were thought that his natural talents did not need the prop of any extraneous accomplishments.

Well, on entering Maternus's room we found him sitting with a book in front of him—the very same from which he had given his reading on the previous day; whereupon Secundus said, “Has the talk of your detractors no terrors for you, Maternus? Does it not make you feel less enamoured of that exasperating Cato of yours? Or is it with the idea of going carefully over it that you have taken your drama in hand, intending to cut out any passages that may have given a handle for misrepresentation, and then to publish a new edition of ‘Cato,’ if not better than the first at least not so dangerous?”

To this he rejoined, “The reading of it will show you what Maternus considered his duty to himself: you will find it just as you heard it read. Yes, and if ‘Cato’ has left anything unsaid, at my next reading it shall be supplied in my ‘Thyestes’; for so I call the tragedy which I have planned and of which I have the outline in my head. It is just because I want to get the first play off my hands and to throw myself whole-heartedly into my new theme that I am hurrying to get this work ready for publication.”

“So then,” said Aper, “you have not had enough of those tragedies of yours? Otherwise you would not turn your back on your profession of speaker and pleader, and spend your whole time on plays. The other day it was ‘Medea,’ and now it is ‘Thyestes’; and all the while you are being clamoured for in the

TACITVS

causae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum vocent, quibus vix suffeceris, etiam si non novum tibi ipse negotium importasses, Domitium et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina, Graeculorum fabulis adgregare ¹.”

4 Et Maternus: “Perturbarer hac tua severitate, nisi frequens et adsidua nobis contentio iam prope in consuetudinem vertisset. Nam nec tu agitare et insequi poetas intermittis, et ego, cui desidiam advocacy obicis, cotidianum hoc patrociniū defendendae adversus te poeticae exerceo. Quo laetor magis oblatum nobis iudicem qui me vel in futurum vetet versus facere, vel, quod iam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat ut omissis forensium causarum angustiis, in quibus mihi satis superque sudatum est, sanctiorem illam et augustiorem eloquentiam colam.”

5 “Ego vero,” inquit Secundus, “antequam me iudicem Aper recuset, faciam quod probi et moderati iudices solent, ut in iis cognitionibus excusent² in quibus manifestum est alteram apud eos partem gratia praevalere. Quis enim nescit neminem mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et adsiduitate contubernii quam Saleium Bassum, cum optimum

¹ See note 2, p. 131.

² See note 3, p. 131.

A DIALOGUE ON ORATORY

forum by the long list of your friends' cases, and the equally long list of colonies and country-towns for which you ought to act. Why, you could hardly meet all those calls even if you had not so gratuitously shouldered this new occupation of tacking on to Greekling legends a Domitius and a Cato, that is to say, stories also from our own annals, with Roman names."

"I should be greatly put out by your harsh words," said Maternus, "had not frequent and constant disputation become for us by now almost a second nature. You on your part are never done assailing the poets with your invective, and I, whom you charge with neglect of professional duty, am daily retained to defend the art of poetry against you. This makes me all the more glad that we have here an arbitrator who will either forbid me to write verse in future, or will throw his influence into the scale to make me realise perforce a long-cherished dream, and forsaking the narrow sphere of pleading at the bar, which has taken too much out of me already, cultivate the gift of utterance in its higher and holier form."

"As for me," said Secundus, "before Aper declines to have me as an umpire, I shall follow the usual practice of upright and conscientious judges, who ask to be excused from acting in cases where it is obvious that one of the two parties stands higher in their good graces than the other. Everybody knows that no one is closer to me than Saleius Bassus,¹ an old friend with whom I have enjoyed continuous personal association. Not only is Bassus the best of men but he is also a really ideal poet; so if poetry is

¹ For Saleius Bassus and others mentioned in the text see Index of Proper Names.

TACITVS

virum tum absolutissimum poetam? Porro si poetica accusatur, non alium video reum locupletio-rem."

"Securus sit" inquit Aper "et Saleius Bassus et quisquis alius studium poeticae et carminum gloriam fovet, cum causas agere non possit. Et ego enim,¹ quatenus arbitrum litis huius invenimus², non patiar Maternum societate plurium defendi, sed ipsum solum apud hos³ arguam quod natus ad eloquentiam virilem et oratoriam, qua parere simul et tueri amicitias, ~~asciscere~~ necessitudines, complecti provincias possit, omittit studium quo non aliud in civitate nostra vel ad utilitatem fructuosius *vel ad voluptatem iucundius*⁴ vel ad dignitatem amplius vel ad urbis famam pulchrius vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam inlustrius excogitari potest.

Nam si ad utilitatem vitae)omnia consilia factaque nostra dirigenda sunt, quid est tutius⁵ quam eam exercere artem qua semper armatus praesidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, invidis vero et inimicis metum et terrorem ultro feras, ipse securus et velut quadam perpetua potentia ac potestate munitus? Cuius vis et utilitas rebus

¹ See note 4, p. 131.

² See note 5, p. 131.

³ See note 6, p. 132.

⁴ See note 7, p. 132.

⁵ See note 8, p. 132.

A DIALOGUE ON ORATORY

to be put on her defence, I do not know where you will find a more representative respondent."

"Saleius Bassus may keep his mind at rest," Aper rejoined, "and so may every one who, not being competent for the bar, sets his heart on the pursuit of poetry and on making himself famous by his verse. That the plea of being only one among many should be put forward in defence of Maternus is something that—now that we have found an arbitrator in this suit—I too on my side am not going to allow. No, I shall make him sole defendant, to answer before this court to the charge that, though a born orator and a master of the sturdy kind of eloquence which would enable him to make friendships and preserve them, to form extended connections, and to take whole provinces under his wing, he turns his back on a profession than which you cannot imagine any in the whole country more productive of practical benefits, or that carries with it a sweeter sense of satisfaction, or that does more to enhance a man's personal standing, or that brings more honour and renown here in Rome, or that secures a more brilliant reputation throughout the Empire and in the world at large.

"If practical advantage is to be the rule of all we think and all we do, can there be any safer line to take than the practice of an art which gives you an ever ready weapon with which to protect your friends, to succour those to whom you are a stranger, to bring deliverance to persons in jeopardy, and even to strike fear and terror into the hearts of malignant foes,—while you yourself have no anxiety, entrenched as you are behind a rampart of inalienable authority and power? While things are going well with you, it is in the refuge it affords to others, and in the

TACITVS

prosperè fluentibus aliorum perugio et tutela intelligitur: sin proprium periculum increpuit, non hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum quam reo et periclitanti eloquentia, praesidium simul ac telum, quo propugnare pariter et incessere sive in iudicio sive in senatu sive apud principem possis. Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit, qui accinctus¹ et minax disertam quidem sed inexercitatum et eius modi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit? Plura de utilitate non dico, cui parti minime contra dicturum Maternum meum arbitror.

- 6 Ad voluptatē oratoriae eloquentiae transeo, cuius iucunditas non uno aliquo momento, sed omnibus prope diebus ac prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad voluptates honestas nato quam videre plenam semper et frequentem domum suam concursu splendidissimorum hominum, idque scire non pecuniae, non orbitati, non officii alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari? ipsos quin immo orbos et locupletes et potentes venire plerumque ad iuvenem et pauperem, ut aut sua aut amicorum discrimina commendent. Villane tanta ingentium opum ac magnae potentiae voluptas quam spectare homines veteres et senes et totius orbis

¹ See note 9, p. 133.

A DIALOGUE ON ORATORY

protection it gives them, that its efficacy and usefulness are most in evidence; but when danger hurtles round your own head, then surely no sword or buckler in the press of arms gives stouter support than does eloquence to him who is imperilled by a prosecution; for it is a sure defence and a weapon of attack withal, that enables you with equal ease to act on the defensive or to advance to the assault, whether in the law courts, or in the senate house, or in the Emperor's cabinet council. What was it save his eloquence that enabled Eprius Marcellus a short while ago to confront the senate, with every one against him? Ready for the fray and breathing defiance, he could parry the blows of the philosopher Helvidius, who for all his clever speaking was, as regards that sort of contest, an inexperienced novice. I need say no more under the head of practical advantage, for here my friend Maternus is not at all likely, I take it, to join issue with me.

“I pass to the satisfaction which eloquence affords. It is not for a single instant only that its delights are ours, but almost every day of the week, nay almost every hour of the day. What greater gratification can there be for a free-born gentleman, fashioned by nature for lofty pleasures, than to see his house filled to the door every day with a company of persons of the highest rank, and to know that he owes this compliment not to his wealth, not to his childless condition, not to the fact that he holds some office or other, but to himself? Why, people who have no one to leave their money to, and the rich and the great, are always coming to the barrister, young and poor though he may be, to get him to take up their own cases or those of their friends. Can vast wealth or great power bring with it any satisfaction comparable to the sight of grave

TACITVS

gratia subnixos in summa rerum omnium abundantia confitentes id quod optimum sit se non habere? Iam vero qui togatorum comitatus et egressus! quae in publico species! quae in iudicii veneratio! quod illud gaudium consurgendi adsistendique inter tacentes et in unum conversos! coire populum et circumfundi coram et accipere adfectum, quemcumque orator induerit! Vulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita percenseo: illa secretiora et tantum ipsis orantibus nota maiora sunt. Sive accuratam meditatamque profert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia; sive novam et recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo commendat eventum et lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua iucunditas est; nam *in* ingenio quoque, sicut in agro, quamquam *grata quae* diu serantur atque elaborentur,¹ gratiora tamen quae sua sponte nascuntur.

7 Equidem, ut de me ipso fatear, non eum diem laetiosem egi quo mihi latus clavus oblatu est, vel quo homo novus et in civitate minime favorabili natus quaesturam aut tribunatum aut praeturam accepi,

¹ See note 10, p. 133.

A DIALOGUE ON ORATORY

and reverend seniors, men with the whole world at their feet, freely owning that, though in circumstances of the utmost affluence, they lack the greatest gift of all? Just look, again, at the imposing retinue of clients that follows you when you leave your house! What a brave show you make out of doors! What an amount of deference is paid to you in the law courts! What a supreme delight it is to gather yourself to your feet, and to take your stand before a hushed audience, that has eyes only for you! And the growing crowd streams round about the speaker, and takes on any mood in which he may care to wrap himself, as with a cloak. It is the notorious delights of speech-making that I am enumerating,—those that are full in view even of the uninitiated; but there is far more in those that are not so obvious, and that are known only to the orator himself. If he comes out with an elaborate oration which has been carefully rehearsed, his feeling of satisfaction, like the discourse itself, has about it something solid and abiding; if again he happens to produce—not without a feeling of nervousness—some new composition, just off the stocks, his very anxiety deepens the impression produced and enhances the joy of success. But quite the most exquisite delight comes from speaking extempore, in bold fashion and even with a touch of daring; for the domain of intellect is like a piece of ground under tillage,—though you find pleasure in what takes a long time to sow and cultivate, yet the growth that comes by nature is more pleasing still.

“Let me make this avowal about my own case. The day on which I was invested with the robe of a senator, or that on which I was elected quaestor, or tribune, or praetor, though a man of new birth and a native

TACITVS

quam eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulumcumque in dicendo facultatis aut reum prospere defendere, aut apud centumviros¹ causam aliquam feliciter orare, aut apud principem ipsos illos libertos et procuratores principum tueri et defendere datur. Tum mihi supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere videor, tum habere quod, si non *ullro* oritur,² nec codicillis datur nec cum gratia venit. Quid? fama et laus cuius artis cum oratorum gloria comparanda est? Quinam inlustriores³ sunt in urbe non solum apud negotiosos et rebus intentos, sed etiam apud iuvenes vacuos⁴ et adulescentes, quibus modo et recta indoles est et bona spes sui? Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? Quos saepius vulgus quoque imperitum et tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat et digito demonstrat? Advenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos, cum primum urbem attigerunt, requirunt ac velut adgnoscerere concupiscunt.

8 Ausim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo

¹ See note 11, p. 133.

² See note 12, p. 133.

³ See note 13, p. 134.

⁴ See note 14, p. 134.

A DIALOGUE ON ORATORY

of a community which is not at all popular at Rome,—such days have been in no greater degree red-letter days for me than those on which I enjoy the opportunity, to the modest extent of my poor ability as a speaker, of securing an acquittal in a criminal trial, or of pleading some case successfully before the centumviral court,¹ or of undertaking the defence of some redoubtable freedman or imperial agent in the Emperor's presence-chamber. Then it is that I feel I am rising above the level of a tribune, a praetor, or even a consul, and that I possess an asset which, unless it comes unbidden, cannot either be conferred by letters-patent or follow in the train of popular favour.

“Why, where is there a profession whose name and fame are to be compared with renown in oratory? What class of men enjoys greater prestige here in Rome than our public speakers, in the eyes not only of busy men, engrossed in affairs, but also of younger persons, who have leisure, and of those too who have not yet come to man's estate,—provided always that they are of good natural disposition and have some outlook? Are there any whose names are dinned at an earlier age by parents into their children's ears? Are there any to whom the plain man in the street, our citizens in their working-clothes, more frequently point as they pass by, saying, ‘There goes So-and-so’? Visitors also and non-residents, as soon as they set foot in the capital, ask for the men of whom in their country-towns and colonies they have already heard so much, and are all agog to make them out.

“I would make bold to affirm that our friend Eprius Marcellus, of whom I have just been speaking, and

¹ See note 11, p. 133.

TACITVS

modo locutus sum, et Crispum Vibium (libentius enim novis et recentibus quam remotis et obliteratis exemplis utor) non minus *notos*¹ esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur. Nec hoc illis alterius *bis, alterius* ter milies sestertium praestat, quamquam ad has ipsas opes possunt videri eloquentiae beneficio venisse, *sed* ipsa eloquentia; cuius numen et caelestis vis multa quidem omnibus saeculis exempla edidit, ad quam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint, sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda haberemus. Nam quo sordidius et abiectius nati sunt quoque notabilior paupertas et angustiae rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae utilitatem inlustriora exempla sunt, quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt civitatis ac, donec libuit, principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia agunt feruntque cuncta, atque ab ipso principe cum quadam reverentia

See note 15, p. 134.

A DIALOGUE ON ORATORY

Vibius Crispus (I prefer to cite instances that are fresh and of recent date rather than those which are so far back as to be half-forgotten), are just as well known in the uttermost parts of the earth as they are at Capua or Vercellae, which are mentioned as the places of their birth. And it is not their great wealth that they have to thank for this,—200 millions of sesterces¹ in the one case and 300² in the other,—though it would be possible to hold that it is to their eloquence that they owe that wealth: no, what makes them famous is simply their eloquence. In all ages the divine influence and supernatural power of eloquence have given us many illustrations of the high position to which men have climbed by sheer intellectual capacity; but these are cases which, as I have said already, come home to us, and it has been vouchsafed us to see them with our own eyes instead of learning of them by hearsay. The meaner and the more humble was the origin of those two men, and the more notorious the poverty and want that hemmed in their young lives, so the more brightly do they shine as conspicuous examples of the practical advantage of oratorical power. Though they had none of the recommendations of birth or the resources of wealth, though neither of the two was of pre-eminently high moral character, while one of them had an exterior that made him even an object of derision, yet after being now for many years the most powerful men in Rome, and—so long as they cared for such success—leaders of the bar, they take to-day the leading place in the Emperor's circle of friends, and get their own way in everything. And by Vespasian himself they are regarded with an affection that is not unmingled with deference; for

¹ About £1,700,000.

² About £2,550,000.

TACITVS

diliguntur; quia Vespasianus, venerabilis senex et patientissimus veri, bene intellegit ceteros quidem amicos suos iis niti quae ab ipso acceperint quaeque ipsi¹ accumulare et in alios congerere promptum sit, Marcellum autem et Crispum attulisse ad amicitiam suam quod non a principe acceperint nec accipi possit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negliguntur, tam hercule quam divitiae et opes, quas facilius inuenies qui vituperet quam qui fastidiat.

His igitur et honoribus et ornamentis et facultatibus refertas domos eorum videmus qui se ab ineunte adolescentia causis forensibus et oratorio studio dederunt.

- 9 Nam carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat (inde enim omnis fluxit oratio), neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliant neque utilitates alunt; voluptatem autem brevem, laudem inanem et infructuosam consequuntur. Licet haec ipsa et quae deinceps dicturus sum aures tuae, Materne, respuant, cui bono est si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur? Quis ideo domum defensus et tibi obligatus redit? Quis Saleium nostrum, egregium poetam vel, si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem, deducit

¹ See note 16, p. 134.

A DIALOGUE ON ORATORY

our aged and venerable Emperor, who never shuts his eyes to facts, is well aware that while all the rest of his favourites owe their position to the advantages they have received from him,—advantages which he finds it quite easy to amass for himself and to lavish on others,—Marcellus and Crispus, on the other hand, have brought to the friendship that unites them to him an element which they never got from an Emperor and which is absolutely incommunicable. Alongside of these many great achievements, medallions and inscriptions¹ and statues are of very little account; and yet even these are not to be lightly regarded, any more than wealth and riches, which you will always find men more ready to denounce than to disdain.

“Such then are the honours and distinctions and resources which we find to repletion in the houses of those who from youth up have dedicated themselves to the practice of law and the profession of oratory.

“As for poetry and verse-making, to which Maternus is eager to devote the whole of his life—for that was the starting-point of this talk—they neither bring their author any higher standing nor do they advance his material interests; and the satisfaction they furnish is as short-lived as their fame is empty and profitless. Very likely you will not relish what I am saying, Maternus, or what I intend to state in the course of my argument; but I ask all the same, When an Agamemnon or a Jason talks well in one of your plays, who profits by that? Does any one gain a verdict by it, and feel beholden to you accordingly, as he goes home? Take our friend Saleius, a first-rate poet, or—if that is a more complimentary designation—a most illus-

¹ See note 17, p. 134.

TACITVS

aut salutatur aut prosequitur? Nempe si amicus eius, si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret aut ad te, Materne, non quia poeta es, neque ut pro eo versus facias; hi enim Basso domi nascuntur, pulchri quidem et iucundi, quorum tamen hic exitus est, ut cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et elucubrat, rogare ultro et ambire cogatur ut sint qui dignentur audire, et ne id quidem gratis; nam et domum mutuatur et auditorium exstruit et subsellia conducit et libellos dispergit. Et ut beatissimus recitationem eius eventus prosequatur, omnis illa laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel flore praecerta¹, ad nullam certam et solidam pervenit frugem, nec aut amicitiam inde refert aut clientelam aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum et voces inanes et gaudium volucre. Laudavimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso donasset. Pulchrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium² propitiare, suam experiri liberalitatem! Adice quod poetis, si modo dignum aliquid elaborare

¹ See note 18, p. 134.

² See note 19, p. 134.

A DIALOGUE ON ORATORY

trious bard: does any one escort him to his house, or wait on him to pay his respects, or follow in his train? Why surely, if any of his friends or relatives gets into trouble, or even himself, he will hie him to you, Secundus, or to you, Maternus,—not because you are a poet, or with any idea of getting you to write verses in his defence: Bassus has his own home supply of these, and pretty, charming verses they are, though the upshot of them all is that, when he has concocted after long lucubration a single volume in a whole year, working every day and most nights as well, he finds himself obliged to run round into the bargain and beg people to be kind enough to come and form an audience. That too costs him something, for he has to get the loan of a house, to fit up a recitation-hall, to hire chairs, and to distribute programmes. And even supposing his reading is a superlative success, in a day or two all the glory of it passes away, like a plant culled too soon in the blade or the bud, without reaching any real solid fruitage: what he gets out of it is never a friend, never a client, never any lasting gratitude for a service rendered, but only fitful applause, empty compliments, and a satisfaction that is fleeting. We were full of praise the other day for Vespasian's striking and extraordinary generosity in presenting Bassus with five hundred thousand sesterces.¹ And to win for oneself by one's ability the favour of an Emperor is, no doubt, a fine thing; but how much finer is it, if the low state of one's fortune should make it necessary, to pay court to oneself instead, to be one's own good genius, and to make trial of one's own bounty? And there is more. A poet, when he is minded laboriously to produce

¹ About £4250.

TACITVS

et efficere velint, relinquenda conversatio amicorum et iucunditas urbis, deserenda cetera officia, utque ipsi dicunt, in nemora et lucos, id est in solitudinem secedendum est.

- 10 Ne opinio quidem et fama, cui soli serviunt et quod unum esse pretium omnis laboris sui fatentur, aequae poetas quam oratores sequitur, quoniam mediocres poetas nemo novit, bonos pauci. Quando enim rarissimarum¹ recitationum fama in totam urbem penetrat, nedum ut per tot provincias innotescat? Quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris loquar, in urbem venit, Saleium Bassum requirit? Atque adeo si quis requirit, ut semel vidit, transit et contentus est, ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neque hunc meum sermonem sic accipi volo tamquam eos quibus natura sua oratorium ingenium denegavit deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium et nomen inserere possunt famae. Ego vero omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et venerabiles puto, nec solum cothurnum vestrum aut heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque iucunditatem et elegorum lascivias et iamborum amaritudinem et epigrammatum lusus et quaecumque

¹ See note 20, p. 135.

A DIALOGUE ON ORATORY

some creditable composition, has to turn his back on the society of friends and on all the charms of city-life; abandoning every other function, he must retire into the solitude, as poets themselves say, of the woods and the groves.

“Nor is it even the case that a great name and fame, which is the only object they strive for, protesting that it is the one reward of all their toil, falls to the lot of poets as much as of orators: average poets no one knows, and good poets but few. Why, take your public readings, few and far between as they are: when do they get noised abroad throughout the capital, to say nothing of coming to be known in the various provinces? How very seldom it is that, when a stranger arrives in Rome from Spain or Asia Minor, not to mention my own native land of Gaul, he makes inquiry after Saleius Bassus! And if anyone does happen to ask for him, when once he has clapped eyes on the poet, he passes on his way, quite satisfied,—just as if it had been a picture or a statue that he had seen. Now I do not want you to take what I am saying as though I am trying to frighten away from verse composition those who are constitutionally devoid of oratorical talent, if they really can find agreeable entertainment for their spare time in this branch of literature, and gain for themselves a niche in the temple of fame. My belief is that there is something sacred and august about every form and every department of literary expression: I am of the opinion that it is not only your tragic buskin or the sonorous epic that we ought to exalt above the pursuit of non-literary accomplishments, but the charm of lyric poetry as well, and the wanton elegy, the biting iambic, the playful epigram, and in fact all the other

TACITVS

aliam speciem eloquentia habeat anteponendam ceteris aliarum artium studiis¹ credo. Sed tecum mihi, Materne, res est, quod, cum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat², errare mavis et summa adepturus in levioribus subsistis. Vt si in Graecia natus esses, ubi ludicras quoque artes exercere honestum est, ac tibi Nicostrati robur ac vires didicissent, non paterer inmanes illos et ad pugnam natos lacertos levitate iaculi aut iactu disci vanescere, sic nunc te ab auditoriis et theatris in forum et ad causas et ad vera proelia voco, cum praesertim ne ad illud quidem confugere possis, quod plerisque patrocinatorum, tamquam minus obnoxium sit offendere poetarum quam oratorum studium. Effervescit enim vis pulcherrimae naturae tuae, nec pro amico aliquo, sed, quod periculosius est, pro Catone offendis. Nec excusatur offensa necessitudine officii aut fide advocacy aut fortuitae et subitae dictionis impetu: meditatus videris *hanc*³ elegisse personam notabilem et cum auctoritate dicturam. Sentio quid responderi possit: hinc ingentes existere adsensus, haec in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omnium sermo-

¹ See note 21, p. 135.

² See note 22, p. 135.

³ See note 23, p. 135.

A DIALOGUE ON ORATORY

forms in which literature finds utterance. My quarrel is with you, Maternus, and it is this: though your natural gifts point upwards to the true pinnacle of eloquence, you prefer to wander in bypaths, and when you could easily reach the top you loiter over comparatively trivial pursuits. If you had been a Greek, a native of a country where it is quite respectable to practise the arts that serve only for pastime, and if heaven had given you the great bodily strength of a Nicostratus, I should protest against allowing your brawny arms, framed for combats in the arena, to be thrown away on the tame sport of hurling the javelin or the discus; and in the same way now I am trying to get you away from the lecture-hall and the stage to the forum and to the real contests of actions-at-law. And all the more since you cannot shelter yourself behind the plea which helps out so many, namely, that people are less likely to take umbrage at the professional activity of the poet than at that of the public speaker. Why, your generous temperament is up in a blaze at once, and it is not in defence of a friend that you make yourself objectionable, but, what is more dangerous, in defence of Cato. And the offence you give cannot be held excused by the obligation to render a friendly service, or by loyalty to a client, or by the excitement of an unpremeditated utterance, made off-hand; no, it looks as if of set purpose you had selected that characteristic personality, whose words would have great weight. I know what can be said on the other side. It is this that excites unbounded applause, it is this that in the recitation-room promptly secures great commendation and afterwards becomes the theme of universal

TACITVS

nibus ferri. Tolle igitur quietis et securitatis excusationem, cum tibi sumas adversarium superiorem. Nobis satis sit privatas et nostri saeculi controversias tueri, in quibus si quando ¹ necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et probata sit fides et libertas excusata."

- 11 Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento ore, remissus et subridens Maternus "Paran-tem" inquit "me non minus diu accusare oratores quam Aper laudaverat (fore enim arbitrabar ut a laudatione eorum digressus detrectaret poetas atque carminum studium prosterneret) arte quadam mitigavit, concedendo iis qui causas agere non possent ut versus facerent. Ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem *principe* Nerone² improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi, et hodie si quid in nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. Ac iam me deiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutantium concupisco, non magis quam aera et imagines, quae etiam me nolente in domum meam intruperunt.

¹ See note 24, p. 135.

² See note 25, p. 136.

A DIALOGUE ON ORATORY

remark. Away then with the plea that what you want is peace and quietness, seeing that you deliberately choose an adversary who is so much above you. For us orators let it suffice to play our parts in private and present-day controversies, and if in these it is at times incumbent, in defence of a friend who is in jeopardy, to say what is displeasing to the powers that be, may we win commendation for our loyalty and indulgence for our outspokenness."

Aper's words were, as usual with him, somewhat vehement in their tone, and his face was hard set. When he had finished, Maternus replied blandly, and with a quiet smile: "I was getting ready to make my impeachment of the orators as thoroughgoing as Aper's eulogy had been; for my expectation was that he would turn from that eulogy to disparage poets and lay the pursuit of poesy in the dust. But he quite cleverly disarmed me by yielding the point that verse composition may be indulged in by anyone who would not make a good lawyer. Now while I might possibly accomplish something, though not without effort, as a barrister, yet on the other hand it was by dramatic readings that I took the first step on the path of fame, when in Nero's reign I broke the power of Vatinius, that unconscionable usurper who was desecrating even the sanctity of letters; and any reputation or renown I may possess to-day is due, I fancy, to the fame of my poetry rather than to my speeches. And now I have determined to throw off the yoke of my practice at the bar. The retinue that attends you when you go out of doors, and the crowd of morning callers have no charms for me, any more than the bronze medallions which even against my will have forced their way into my house.

TACITVS

Nam statum hucusque ac securitatem melius innocentia tueor¹ quam eloquentia, nec vereor ne mihi umquam verba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint.

- 12 Nemora vero et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat, tantam mihi adferunt voluptatem ut inter praecipuos carminum fructus numerem quod non in strepitu nec sedente ante ostium litigatore nec inter sordes ac lacrimas reorum componuntur, sed secedit animus in loca pura atque innocentia fruiturque sedibus sacris. Haec eloquentiae primordia, haec penetralia; hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus in illa casta et nullis contacta vitiis pectora influxit; sic oracula loquebantur. Nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae usus recens et malis moribus natus, atque, ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus. Ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, aureum saeculum, et oratorum et criminum inops, poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui male admissa defenderent. Nec ullis aut gloria maior *erat* aut augustior honor, primum apud deos, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur, deinde apud illos dis genitos

¹ See note 26, p. 136.

A DIALOGUE ON ORATORY

So far as I have gone I find in uprightness a readier protection than in eloquence for my personal standing and my peace of mind; and I am not afraid of ever having to address the senate except in the interests of some one else who is in jeopardy.

~~As for the woods and the groves and the idea of a~~ quiet life, which came in for such abuse from Aper, so great is the joy they bring me that I count it among the chief advantages of poetry that it is not written amid the bustle of the city, with clients sitting in wait for you at your own front door, or in association with accused persons, shabbily clothed and weeping for all they are worth: no, the poetic soul withdraws into the habitations of purity and innocence, and in these hallowed dwellings finds its delight. Here is the cradle of eloquence, here its holy of holies; this was the form and fashion in which the faculty of utterance first won its way with mortal men, streaming into hearts that were as yet pure and free from any stain of guilt; poetry was the language of the oracles. The gain-getting rhetoric now in vogue, greedy for human blood, is a modern invention, the product of a depraved condition of society. As you said yourself, Aper, it has been devised for use as a weapon of offence. The age of bliss, on the other hand, the golden age, as we poets call it, knew nothing of either accusers or accusations; but it had a rich crop of poets and bards, who instead of defending the evil-doer chanted the praises of those that did well. And to none was greater fame or more exalted rank accorded than to them, first in high heaven itself; for they were the prophets, it was said, of the oracles of the gods, and were present as guests at their banquets; and thereafter at the courts of god-

TACITVS

sacrosque reges, inter quos neminem causicum, sed Orphea et Linum ac, si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus. Vel si haec fabulosa nimis et composita videntur, illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. Plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii detrectent, nec ullus Asinii aut Messallae liber tam inlustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes.

- 13 Ac ne fortunam quidem vatum et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita. Licet illos certamina et pericula sua ad consulatus evexerint, malo securum et quietum Vergilii secessum, in quo tamen neque apud divum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistulae, testis ipse populus, qui auditis in theatro Vergilii versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque Vergilium veneratus est sic quasi Augustum. Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel perpetuitate famae cesserit. Nam Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent, an quod timentur?

A DIALOGUE ON ORATORY

born holy kings, in whose company we never hear of a pleader, but of an Orpheus, a Linus, and, if you care to go further back, Apollo himself. If you think there is too much legend and fiction about all this, you surely will admit, Afer, that Homer has been revered by after ages just as much as Demosthenes, and that the fame of Euripides or Sophocles is not confined to narrower limits than that of Lysias or Hyperides. And to-day you will find a larger number of critics ready to disparage Cicero's reputation than Virgil's; while there is no published oration of Asinius or Messalla so celebrated as the 'Medea' of Ovid or the 'Thyestes' of Varius.

"Nor should I hesitate to contrast the poet's lot in life and his delightful literary companionships with the unrest and anxiety that mark the orator's career. What though in his case a consulship be the crown of all the contests and lawsuits he so dearly loves: for my part I would rather have the seclusion in which Virgil lived, tranquil and serene, without forfeiting either the favour of the sainted Augustus, or popularity with the citizens of Rome. This is vouched for by the letters of Augustus, and by the behaviour of the citizens themselves; for on hearing a quotation from Virgil in the course of a theatrical performance, they rose to their feet as one man, and did homage to the poet, who happened to be present at the play, just as they would have done to the Emperor himself. And in our own day too Pomponius Secundus ranks just as high as Domitius Afer, alike in personal standing and in enduring reputation. As for your Crispus and your Marcellus, whom you hold up to me as patterns for imitation, what is there about their boasted condition that we ought to covet? Is it the fear they feel, or the fear they inspire in others?"

TACITVS

quod, cum cotidie aliquid rogentur, ii quibus prae-
stant *nihil*¹ indignantur? quod adligati *omni*² adula-
tione nec imperantibus umquam satis servi videntur
nec nobis satis liberi? Quae haec summa eorum
potentia est? tantum posse liberti solent. Me vero
dulces, ut Vergilius ait, Musae, remotum a sollici-
tudinibus et curis et necessitate cotidie aliquid contra
animum faciendi, in illa sacra illosque fontes ferant ;
nec insanum ultra et lubricum forum famamque pal-
lentem³ trepidus experiar. Non me fremitus salutant-
ium nec anhelans libertus excitet, nec incertus futuri
testamentum pro pignore scribam, nec plus habeam
quam quod possim cui velim relinquere!

quandoque enim fatalis et meus dies
veniet: ⁴

statuarque tumulo non maestus et atrox, sed hilaris
et coronatus, et pro memoria mei nec consulat quis-
quam nec roget,"

- 14 Vixdum finierat Maternus, concitatus et velut in-
stinctus, cum Vipstanus Messalla cubiculum eius
ingressus est, suspicatusque ex ipsa intentione singu-
lorum altiorem inter eos esse sermonem, "Num parum

¹ See note 27, p. 136.

² See note 28, p. 137.

³ See note 29, p. 137.

⁴ See note 31, p. 137.

A DIALOGUE ON ORATORY

Is it the fact that, besieged as they are from day to day by all sorts of petitions, they set the backs up of those whom they are unable to oblige? Or that, being constrained to curry favour in every direction, they can never show themselves either sufficiently servile to the powers that be, or sufficiently independent to us? And what does this great power of theirs amount to? Why, the Emperor's freedmen often possess as much. As for myself, may the 'sweet Muses,' as Virgil says, bear me away to their holy places where sacred streams do flow, beyond the reach of anxiety and care, and free from the obligation of performing each day some task that goes against the grain. May I no longer have anything to do with the mad racket and the hazards of the forum, or tremble as I try a fall with white-faced Fame. I do not want to be roused from sleep by the clatter of morning callers or by some breathless messenger from the palace; I do not care, in drawing my will, to give a money-pledge for its safe execution through anxiety as to what is to happen afterwards;¹ I wish for no larger estate than I can leave to the heir of my own free choice. Some day or other the last hour will strike also for me, and my prayer is that my effigy may be set up beside my grave, not grim and scowling, but all smiles and garlands, and that no one shall seek to honour my memory either by a motion in the senate or by a petition to the Emperor."

Georg. ii.
475

Scarce had Maternus finished, speaking with animation and in a sort of ecstasy, when Vipstanus Messalla entered the room; and divining from the look of fixed attention on each and every face that the subject of their conversation was one of special importance,

¹ See note 30, p. 137.

TACITVS

tempestivus" inquit "interveni secretum consilium et causae alicuius meditationem tractantibus?"

"Minime, minime" inquit Secundus, "atque adeo vellem maturius intervenisses; delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo, cum Maternum ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta, utque poetas defendi decebat, audentior et poetarum quam oratorum similior oratio."

"Me vero" inquit "et sermo iste infinita voluptate adfecisset, atque id ipsum delectat, quod vos, viri optimi et temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declamatorio studio ingenia vestra exercetis, sed eius modi etiam disputationes adsumitis, quae et ingenium alunt et eruditionis ac litterarum iucundissimum oblectamentum ^{est} cum vobis qui ista disputatis adferunt, tum etiam iis ad quorum aures pervenerint. Itaque hercle non minus probari video in te, Secunde, quod Iuli Africani vitam componendo spem hominibus fecisti plurium eius modi librorum, quam in Apro, quod nondum ab scholasticis controversiis recessit et otium suum mavult novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere."

- 15 Tum Aper: "Non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia inridere atque contemnere. Nam hunc tuum ser-

A DIALOGUE ON ORATORY

he said: "Have I come in at the wrong moment, disturbing a private consultation, in which you are busy with the preparation of some case or other?"

"Not at all," exclaimed Secundus, "not at all: on the contrary, I wish you had come in sooner. You would have been delighted with our friend Aper's carefully elaborated discourse, which was an appeal to Maternus to devote all his talent and energy to pleading at the bar, and also with Maternus's enthusiastic vindication of his verses in a speech which, quite appropriately for one who was championing the poets, was somewhat daring and more in the style of poetry than of oratory."

"Why, surely," he rejoined, "I should have enjoyed the talk immensely; but what delights me is the very fact that distinguished persons like yourselves, the foremost speakers of the present day, do not confine your intellectual exercises to legal issues and the practice of declamation, but undertake in addition discussions of this sort, which strengthen the intellect and furnish at the same time, both to yourselves who take part in the debate and also to those to whose ears it comes, the most delightful entertainment that literary culture affords. As the author of a biography of Julius Africanus, you, Secundus, have made the public hope for many more volumes of the kind, and I find that for this people are just as well pleased with you as they are with Aper for not having yet withdrawn from the rhetorical exercises of the schools, and for choosing to spend all his leisure after the fashion of the new rhetoricians rather than of the orators of former days."

"My dear Messalla," Aper rejoined, "you are never done admiring what is old and out of date, and that alone, while you keep pouring ridicule and scorn

TACITVS

monem saepe excepi, cum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae neminem hoc tempore oratorem esse contenderes *parem*¹ antiquis, eo, credo, audacius quod malignitatis opinionem non verebaris, cum eam gloriam quam tibi alii concedunt ipse tibi denegares.”

“Neque illius” inquit “sermonis mei paenitentiam ago, neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, quamquam interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo vestrum ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquirō. Et quod quibusdam solacio est mihi auget quaestionem, quia video etiam Graiis accidisse ut longius absit *ab* Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes, et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.”

16 “Magnam” inquit Secundus “et dignam tractatu, quaestionem movisti. Sed quis eam iustius explicabit

¹ See note 33, p. 138.

A DIALOGUE ON ORATORY

on the culture of the present day. I have often heard you speak as you are speaking now,—maintaining, with never a thought of how eloquent you are yourself, or how eloquent your brother¹ is, that we have no orator with us to-day who can hold his own with those of former times; and all the more daringly, I feel sure, because you did not need to be afraid of any imputation of petty jealousy, seeing that you were denying to yourself the reputation that others say is justly yours.”

“Well,” said Messalla, “I make no apologies for the sort of talk you say you have heard from me, and what is more, I don’t really believe that Secundus or Maternus has any different opinion, or you either, Aper, though at times you argue in support of the opposite view. I only wish I could induce some one of your number to investigate the reasons for the prodigious contrast that there is, and to report the results of his investigation. I find myself often asking what they can be. And what brings comfort to some is to me only an aggravation of the difficulty, namely, the knowledge that the same thing happened also in Greece. Take your friend Sacerdos Nicetes, for instance, and all the rest that make the walls of Ephesus or Mytilene shake with rounds of applause from their approving pupils: the interval that separates them from Aeschines and Demosthenes is a wider one than that by which Afer or Africanus or you yourselves stand removed from Cicero or Asinius.”

“It is an important issue,” Secundus said, “that you have mooted, and one well worth discussion. But is there any one who could more properly unfold it than yourself, seeing that to profound scholar-

¹ See note 32, p. 138.

TACITVS

quam tu, ad cuius summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura quoque et meditatio accessit?"

Et Messalla "Aperiam" inquit "cogitationes meas, si illud a vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostrum adiuvetis."

"Pro duobus" inquit Maternus "promitto; nam et ego et Secundus exsequemur eas partes quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti et ipse satis manifestus est iam dudum in contrarium accingi, nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam."

"Non enim" inquit Aper "inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari: sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis? Ego enim cum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intellego, ac mihi versantur ante oculos Ulixes ac Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit; vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut utrique superstites essent. Ex quo adparet non multo plures quam trecentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem: quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur, si ad naturam saeculorum ac respectum immensi

A DIALOGUE ON ORATORY

ship and eminent ability you have added much careful study?"

Messalla replied: "If I can first get you to promise that you too will lend me a helping hand with my discourse, I shall be glad to let you know what I think."

"I undertake for two of us," said Maternus; "both Secundus and I will take up the points, whatever they may be, which you do not so much overlook as deliberately leave to us. As to Aper, you said a little while ago that he has the habit of opposition; and moreover it is quite clear that for some time past he has been girding himself for the fray, and that our unanimous eulogy of the ancients is more than he can tamely endure."

"Certainly," Aper rejoined: "you are in collusion, and I will not allow judgment to go by default, and without a hearing, against our own times. But to begin with, I shall ask this question: who is it that you call the 'ancients,' and what period of oratory do you designate by your use of the word? For myself, when I hear people speaking of the 'ancients,' I take it that they are referring to persons remote from us, who lived long ago: I have in my mind's eye heroes like Ulysses and Nestor, whose epoch antedates our own times by about thirteen hundred years. You on the other hand bring forward Demosthenes and Hyperides, whose date is well authenticated. They flourished in the days of Philip and Alexander, and indeed survived both these princes. This makes it plain that between our era and that of Demosthenes there is an interval of not much more than three hundred years: a period which may perhaps seem long if measured by the standard of our feeble frames, but which, if considered in relation to the process of the ages and the endless lapse of time,

TACITVS

huius aevi, perquam breve et in proximo est. Nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus quo eadem positio caeli siderumque quae cum maxime est rursus existet, isque annus horum quos nos vocamus annorum duodecim milia nongentos quinquaginta quattuor complectitur, incipit Demosthenes vester, quem vos veterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno quo nos, sed etiam eodem mense exstitisse.

- 17 Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, ut puto, Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum temporum disertis anteponere soletis, sed Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messallam: quos quid antiquis temporibus potius adscribatis quam nostris, non video. Nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, septimo idus *Decembres* occisus est, quo anno divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit. Statue sex et quinquaginta annos, quibus mox divus Augustus rem publicam rexit; adice Tiberii tres et viginti, et prope quadriennium Gai, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos, atque illum Galbae et Othonis et Vitelli longum et unum annum, ac sextam iam felicis huius principatus stationem quo Vespasianus rem publicam fovet: centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur,

A DIALOGUE ON ORATORY

is altogether short and but as yesterday. For if, as Cicero tells us in his 'Hortensius,' the Great Year, the True Year, is that in which the constellations in the heavens above us come back again to the same position in which they are at any particular moment, and if the Great Year includes 12,954 of our so-called years, then it follows that your boasted Demosthenes, whom you make out to be an ancient, one of the olden times, must have lived not only in the same year as ourselves, but also in the same month.

"But I pass on to the orators of Rome. Among them it is not Menenius Agrippa, I take it,—who may well be considered an ancient,—that you are in the habit of rating above good speakers of the present day, but Cicero, and Caesar, and Caelius, and Calvus, and Brutus, and Asinius, and Messalla; though in regard to these I fail to see any reason why you should credit them to antiquity rather than to our own era. Just take Cicero: it was, as you know, in the consulship of Hirtius and Pansa that he was put to death, on the 7th December, as his freedman Tiro has left it on record, in the year in which the sainted Augustus appointed himself along with Quintus Pedius to take the place of Hirtius and Pansa. Count the fifty-six years in which the sainted Augustus thereafter held the helm of state; to these add twenty-three years for Tiberius, nearly four for Caligula, fourteen each for Claudius and Nero, that one long year for Galba, Otho, and Vitellius, and now the sixth stage of this auspicious reign in which Vespasian is making the country happy: the addition gives us only a hundred and twenty years from the death of Cicero to the present day, no more than the

TACITVS

unius hominis aetas. Nam ipse ego in Britannia vidi senem qui se fateretur ei pugnae interfuisse qua Caesarem inferentem arma Britanniae arcere litoribus et pellere adgressi sunt. Ita si eum, qui armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel voluntas vel fatum aliquod in urbem pertraxisset, aequae idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes qui se a divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. Ex quo colligi potest et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse, (nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum duravit): ne dividatis saeculum, et antiquos ac veteres vocitetis oratores quos eorundem hominum aures adgnoscerent ac velut coniungere et copulare potuerunt.

- 18 Haec ideo praedixi ut, si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus acquiritur, eam docerem in medio sitam et propiorem nobis quam Servio Galbae aut C. Carboni quosque alios merito antiquos vocaverimus; sunt enim horridi et impoliti, et rudes et informes, et quos utinam nulla parte imitatus esset Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero. Agere enim fortius iam et audentius ~~volē~~,

A DIALOGUE ON ORATORY

life of an individual. Why, I saw with my own eyes an old man in Britain who could make the statement that he had taken a hand in the fight in which, when Caesar was attempting the invasion of that island, his compatriots tried to head him off and repel him from their shores. Now if the person who thus offered armed resistance to Caesar had come all the way to Rome as a slave, or on a visit, or by some other chance, it is quite possible that he might have listened to Caesar himself on the one hand, and to Cicero, and on the other have been present at our own judicial pleadings. You yourselves anyhow at the last public distribution of largess saw quite a number of old men who told us that they had more than once received a gratuity from the sainted Augustus himself. The obvious inference from this is that they might have listened to Corvinus as well as to Asinius, for Corvinus lived to the middle of the reign of Augustus, Asinius almost to the end of it; so that you must not make two epochs out of one, and keep on speaking of 'remote antiquity' in reference to orators whom the same persons could have heard with their own ears and so have connected closely with ourselves.

"The reason why I have said all this by-way of introduction is that I wanted to show that we have a common property in any lustre the name and fame of these orators may shed upon the times, and that it is nearer to us than to Servius Galba, or Gaius Carbo, and all the rest who may properly be called 'ancients'; for they are really rough and unfinished, crude and inartistic, and generally with such qualities that one could wish that neither your admired Calvus, nor Caelius, nor Cicero himself had made them his model in anything. I want to take a bolder line

TACITVS

si illud ante praedixero, mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi. Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis elaboratus. Nec quaero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, sed in illis quoque quos vocatis antiquos plures species deprehendi, nec statim deterius esse quod diversum est, vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. Num dubitamus inventos qui prae Catone¹ Appium Caecum magis mirarentur? Satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens, nec satis pressus sed supra modum exultans et superfluens et parum Atticus² videretur. Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque diiunctum; rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audisse tamquam solutum et enervem, a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tamquam 'fractum atque elumbem.' Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixisse: sed mox ad singulos veniam, nunc mihi cum universis negotium est.

¹ See note 34, p. 138.

² See note 35, p. 138.

A DIALOGUE ON ORATORY

~~now~~, and to speak more resolutely, first premising however that the forms and types of oratory change with the times. Thus Gaius Gracchus, as compared with old Cato, has greater fullness and wealth of diction, Crassus is more highly finished and more ornate than Gracchus, while Cicero is more luminous, more refined, more impassioned than either the one or the other. Corvinus again is mellower than Cicero, more engaging, and more careful in his choice of words. I am not asking which is the greatest orator: for my present purpose it is enough for me to have made the point that eloquence has more than one fashion of countenance, and that even in those whom you speak of as 'ancients' a variety of types can be discovered. Where change occurs, we are not immediately to conclude that it is a change for the worse: you must blame it on the carping spirit of mankind that whereas what is old is always held in high esteem, anything modern gets the cold shoulder. We do not doubt, do we, that there have been those who admired Appius Caecus more than Cato? Cicero himself, as is well known, had his detractors: they thought him turgid and puffy, wanting in conciseness, inordinately exuberant and redundant,—in short, not Attic enough. You have read, of course, the letters of Calvus and Brutus to Cicero, from which it is easy to gather that, as for Calvus, Cicero thought him bloodless and attenuated, just as he thought Brutus spiritless and disjointed; while Cicero was in his turn criticised by Calvus as flabby and pithless, and by Brutus, to use his own expression, as 'feeble and emasculate.' If you ask me, I think they all spoke the truth; but I shall deal with them individually later on; at present I am considering them as a class.

emasculate

TACITVS

19 Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent, qui usque ad Cassium * * * * *, *equidem Cassium*¹ quem reum faciunt, quem primum adfirmant flexisse ab ista vetere atque directa dicendi via, non infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad aliud dicendi genus contendo, sed iudicio et intellectu. Vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum condicione temporum et diversitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. Facile perferebat prior ille populus, ut imperitus et rudis, impeditissimarum orationum spatia, atque id ipsum laudabat si dicendo quis diem eximeret. Iam vero longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus, et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur, in honore erat; quod si quis odoratus philosophiam videretur atque² ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in caelum laudibus ferebatur. Nec mirum; erant enim haec nova et incognita, et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cogno-

¹ See note 36, p. 138.

² See note 37, p. 139.

A DIALOGUE ON ORATORY

“The common practice of the eulogists of antiquity is to make this the line of demarcation between the ancients and ourselves. Down to the time of Cassius . . . Now as to Cassius, who is the object of their attack, and who according to them was the first to turn away from the straight old path of eloquence, my argument is that it was not from defective ability or want of literary culture that he went in for another style of rhetoric, but as the result of sound judgment and clear discrimination. He saw that with altered conditions and a variation in the popular taste, as I was saying a little while ago, the form and appearance of oratory had also to undergo a change. The public in those olden days, being untrained and unsophisticated, was quite well pleased with long-winded and involved orations, and would even bless the man who would fill up the day for them with his harangues. Just consider the lengthy exordia, designed to work upon the feelings of the audience, and the narrative portion, starting from the beginning of all things, and the parade of countless heads in the arrangement, and the thousand and one stages of the proof, and all the other precepts that are laid down in the dry-as-dust treatises of Hermagoras and Apollodorus,—all these were held in high esteem; and on the other hand, when there was anyone who was credited with having some slight smattering of philosophy, and who could slip some stock passage into his oration, he was praised to the skies. And no wonder. All that sort of thing was new and unfamiliar, and very few even of the orators themselves had made acquaintance with the rules of the rhetoricians or the tenets of the philosophers. But

TACITVS

verant. At hercule pervulgatis iam omnibus, cum vix in cortina quisquam adsistat quin elementis studiorum, etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices qui vi et potestate, non iure aut legibus cognoscunt, nec accipiunt tempora, sed constituunt, nec expectandum habent oratorem dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem revocant et festinare se testantur.

- 20 Quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem, qualia sunt fere principia Corvini? Quis quinque in Verrem libros expectabit? Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina quae pro M. Tullio aut Aulo Caecina legimus? Praecurrit hoc tempore iudex dicentem et, nisi aut cursu argumentorum aut colore sententiarum aut nitore et cultu descriptionum invitatus et corruptus est, aversatur. Vulgus quoque adsistentium et adfluens et vagus auditor adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis; nec magis perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem quam si quis in scaena Roscii aut Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. Iam vero iuvenes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa

It is the original of
"all systems" there the
property can be
... ..
... ..
... ..

A DIALOGUE ON ORATORY

now that everything has become common property, and at a time when there is hardly any casual auditor in the well of the court who, if he has not had a systematic training in the rudiments of the art, cannot show at least a tincture of it, what we need is novel and choice methods of eloquence, by employing which the speaker may avoid boring his hearers, especially when addressing a court which decides issues, not according to the letter of the law, but by virtue of its own inherent authority, not allowing the speaker to take his own time, but telling him how long he may have, and not waiting patiently for him to come to the point, but often going so far as to give him a warning, or call him back from a digression, and protest that it has no time to spare.

“Would anyone to-day put up with a speaker who begins by referring to his own poor health,—the usual sort of introduction with Corvinus? Would anyone sit out the five orations against Verres? Would anyone endure the interminable arguments about pleas and procedure which we get in the speeches delivered in defence of M. Tullius or Aulus Caecina? Nowadays your judge travels faster than counsel, and if he cannot find something to engage his interest and prejudice him in your favour in a good-going proof, or in piquant utterances, or in brilliant and highly wrought pen-pictures, he is against you. The general audience, too, and the casual listeners who flock in and out, have come now to insist on a flowery and ornamental style of speaking; they will no more put up with sober, unadorned old-fashionedness in a court of law than if you were to try to reproduce on the stage the gestures of Roscius or Ambivius Turpio. Yes, and our young men, still at the malleable stage of their education, who hang round our public

TACITVS

oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid inlustre et dignum memoria volunt; traduntque in vicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt, sive sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit, sive locus exquisito et poetico cultu enituit. Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior existit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae quia ad aures iudicantium cum voluptate perveniunt. Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur?

* (

21 Equidem fatebor vobis simpliciter me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere. Nec unum de populo,¹ Canutium aut Attium, *memorabo, ne quid loquar* de Furnio et Toranio quique alii *omnes* in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant: ipse mihi Calvus, cum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una et altera oratiuncula satis facit. Nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video; quotus enim quisque Calvi in

¹ See note 38, p. 139.

A DIALOGUE ON ORATORY

speakers in order to improve themselves, few there not only to hear but also to take home with some striking and memorable utterance; they pass it on from mouth to mouth, and often quote it in their home correspondence with country-towns and provinces, whether it be the flash of an epigram embodying some conceit in pointed and terse phraseology, or the glamour of some passage of choice poetical beauty. For the adornment of the poet is demanded nowadays also in the orator, an adornment not disfigured by the mouldiness of Accius or Pacuvius, but fresh from the sacred shrine of a Horace, a Virgil, a Lucan. It is by accommodating itself to the taste and judgment of hearers such as these that the orators of the present day have gained in grace and attractiveness. And the fact that they please the ear does not make our speeches any the less telling in a court of law. Why, one might as well believe that temples are not so strongly built to-day because they are not put together out of coarse uncut stone and ugly-looking bricks, but glitter in marble and are all a gleam with gold.

“I make the frank avowal that with some of the ‘ancients’ I can scarcely keep from laughing, while with others I can scarcely keep awake. And I am not going to name anyone belonging to the rank and file, a Canutius or an Attius, not to mention Furnius and Toranius, and all the others who, being inmates of the same infirmary, have nothing but approval for the familiar skin and bones: Calvus himself, in spite of the fact that he left behind him as many, if I am right, as one-and-twenty volumes, hardly comes up to standard in any one of his addresses, or two at the most. And I do not find that the world at

TACITVS

aut in Drusum legit? At hercule in omnium studiosorum manibus versantur accusationes quae in Vatinius inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio; est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum adcommodata, ut scias ipsum quoque Calvum intellexisse quid melius esset, nec voluntatem ei quo minus sublimius et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. Quid? ex Caelianis orationibus nempe eae placent, sive universae sive partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem reliquae verborum¹ et hians compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem; nec quemquam adeo antiquarium puto ut Caelium ex ea parte laudet qua antiquus est. Concedamus sane C. Caesari ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit quam divinum eius ingenium postulabat, tam hercule quam Brutum philosophiae suae relinquamus,—nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur: nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. Fecerunt enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. Asinius

¹ See note 39, p. 139.

A DIALOGUE ON ORATORY

large dissents from this criticism. How very few there are who read his impeachment of Asitius or Drusus! On the other hand, the orations entitled 'Against Vatinius' are a common text-book with students, especially the second: for it is rich in style as well as in ideas, and well suited to the taste of a law court, so that one may readily see that Calvus himself knew the better part, and that his comparative lack of elevation and elegance was due not so much to want of taste as to want of intellectual force. Take, again, the speeches of Caelius: surely those give satisfaction, either in whole or in part, in which we find the polish and elevation of style that are characteristic of the present day. For the rest, his commonplace phraseology, his slipshod arrangement, and his ill-constructed periods savour of old-fashionedness, and I do not believe that there is anyone so devoted to antiquity as to praise Caelius just because he is old-fashioned. As to Julius Caesar we must no doubt make allowance. It was owing to his vast designs and all-absorbing activities that he accomplished less as an orator than his superhuman genius called for; just as in the case of Brutus we must leave him to his well-loved philosophy, for even his admirers admit that as an orator he did not rise to his reputation. You won't tell me that anybody reads Caesar's oration in defence of Decius the Samnite, or Brutus's in defence of King Deiotarus, or any of the other speeches, all equally slow and equally flat,—unless, indeed, it be some one who is an admirer also of their poetry. For they not only wrote poetry, but what is more they sent copies to the libraries. Their verse is no better than Cicero's, but they have had more luck: it is not so notorious. Asinius too, though he

TACITVS

quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Accium non solum tragoediis sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est. Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exurgit toris ipsosque nervos rubor tegit et decor commendat. Nolo Corvinum insequi, quia nec per ipsum stetit quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret; videmus enim quam ¹ iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffecerit.

- 22 Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat: nec ulla re magis eiusdem aetatis oratores ² praecurrit quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus et verbis delectum adhibuit et compositioni artem; locos quoque laetiores attentavit et quasdam sententias invenit, utique in iis orationibus quas senior iam ² et iuxta finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat quod optimum dicendi genus esset. Nam priores eius orationes non carent vitiis anti-

¹ See note 40, p. 139.

² See note 41, p. 139.

A DIALOGUE ON ORATORY

is nearer to our own time, must have pursued his studies, as it seems to me, in the company of people like Menenius and Agrippa: at all events he modelled himself upon Pacuvius and Accius in his speeches as well as in his tragedies: so stiff is he, and so dry. No, it is with eloquence as with the human frame. There can be no beauty of form where the veins are prominent, or where one can count the bones: sound healthful blood must fill out the limbs, and riot over the muscles, concealing the sinews in turn under a ruddy complexion and a graceful exterior. I don't want to make an attack on Corvinus, as it was not his fault that he did not exhibit the luxuriance and the polish of the present day: indeed we know how poorly supported his critical faculty was by imagination or intellectual power.

“ I come now to Cicero, who had the same battle to fight with his contemporaries that I have with you. While they admired the ancients, he gave the preference to the eloquence of his own day; and it is in taste more than anything else that he outdistances the orators of his period. Cicero was the first to give its proper finish to oratorical style. He was the first to adopt a method of selection in the use of words, and to cultivate artistic arrangement; further, he tried his hand at flowery passages, and was the author of some pointed sayings, at any rate in the speeches which he wrote when well on in years and towards the close of his career, that is to say, when his powers were well developed, and he had learned by experience and practice the qualities of the best type of oratory. As to his earlier speeches, they are not free from the old-fashioned blemishes. He is tedious in his introduc-

TACITVS

quitatis: lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus; tarde commovetur, raro incalescit; pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur. Nihil excerpere, nihil referre possis, et velut in rudi aedificio, firmus sane paries et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. Ego autem oratorem, sicut locupletem ac lautum patrem familiae, non eo tantum volo tecto tegi quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum et oculos delectet; non ea solum instrui supellectile quae necessariis usibus sufficiat, sed sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut sumere in manus, ut aspicere saepius libeat. Quaedam vero procul arceantur ut iam oblitterata et olentia: nullum sit verbum velut rubigine infectum, nulli sensus tarda et inertis structura in morem annalium componantur; fugitet foedam et insulsam scurrilitatem, variet compositionem, nec omnes clausulas uno et eodem modo determinet.

- 23 Nolo irridere 'rotam Fortunae' et 'ius verrinum' et illud tertio quoque sensu in omnibus orationibus pro sententia positum 'esse videatur.' Nam et haec invitus rettuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque

A DIALOGUE ON ORATORY

tions, long-winded in the narrative parts, and wearisome in his digressions. He is slow to rouse himself, and seldom warms to his work ; only here and there do you find a sentence that has a rhythmical cadence and a flash-point at the finish. There is nothing you can extract, nothing you can take away with you : it is just as in rough-and-ready construction work, where the walls are strong, in all conscience, and lasting, but lacking in polish and lustre. My own view is that the orator, like a prosperous and well-found householder, ought to live in a house that is not only wind and weather proof, but pleasing also to the eye ; he should not only have such furnishings as shall suffice for his essential needs, but also number among his belongings both gold and precious stones, so as to make people want to take him up again and again, and gaze with admiration. Some things there are again that must be carefully avoided, as antiquated and musty. There should be never a word of the rusty, mouldy tinge, never a sentence put together in the lame and listless style of the chroniclers. The orator ought to avoid discreditable and senseless buffoonery, vary his arrangement, and refrain from giving the self-same cadence to all his period-endings.

“ I don't want to make fun of Cicero's ‘ Wheel of Fortune,’ and his ‘ Boar's Sauce,’¹ and the tag *esse videatur*, which he tacks on as a pointless finish for every second sentence throughout his speeches. It has gone against the grain to say what I have said, and there is more that I have left out : though it is precisely these blemishes, and these alone, that are

¹ *ius verrinum* may be either “ Boar's sauce ” or “ Verrine law.” The joke occurs in the speeches against Verres, i. 1, § 121.

TACITVS

exprimunt ii qui se antiquos oratores vocant. Neminem nominabo, genus hominum significasse contentus; sed vobis utique versantur ante oculos illi qui Lucilium pro Horatio/et Lucretium pro Vergilio legunt, quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione, Sisennae aut Varronis sordet, qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt oderunt, Calvi mirantur. Quos more prisco apud iudicem fabulantes non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur: adeo maesti et inculti illam ipsam quam iactant sanitatem non firmitate, sed ieiunio consequuntur. Porro, ne in corpore quidem valetudinem medici probant quae nimia anxietate contingit; parum est aegrum non esse, fortem et laetum et alacrem volo. Prope abest ab infirmitate in quo sola sanitas laudatur.

Vos vero, (*vir*) disertissimi, ut potestis, ut facitis, inlustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. Nam et te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitantem, et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis, ea electio inventionis, is ordo rerum,

A DIALOGUE ON ORATORY

admired and imitated by those who call themselves orators of the good old school. I mention no names, as it is enough for me to indicate a type ; but you of course will have in your mind's eye the archaists who prefer Lucilius to Horace, and Lucretius to Virgil, who consider the style of Aufidius Bassus and Servilius Nonianus very inferior as compared with that of Sisenna or Varro, who, while they admire the draft-speeches which Calvus left behind him, have nothing but feelings of disdain and repugnance for those of our own contemporaries. Such persons as these, when they prose along before a judge in the antique style, cannot hold the attention of their audience ; the crowd refuses to listen, and even their clients can scarcely put up with them. So dreary are they and so uncouth : and even the sound condition which they make their boast they owe not to any sturdiness, but to banting. Why, in dealing with the human body, doctors have not much to say in praise of the patient who only keeps well by worrying about his health. It is not enough not to be ill ; I like a man to be strong and hearty and vigorous. If soundness is all you can commend in him, he is really next door to an invalid.

“ Do you, my eloquent friends, continue—as you are so well able to do—to shed lustre on this age of ours by your noble oratory. You, Messalla, on the one hand, model your style, as I know, on all that is richest in the eloquence of former days ; while as for you, Maternus and Secundus, you have such a happy combination of deep thinking with beauty and elegance of expression, you show such taste in the selection and arrangement of your subject-matter, such copiousness where necessary, such brevity where possible, such grace of construction, such

TACITVS

ea quotiens causa poscit ubertas, ea quotiens permittit breuitas, is compositionis decor, ea sententiarum planitas est, sic exprimitis adfectus, sic libertatem temperatis, ut etiam si nostra iudicia malignitas et invidia tardaverit, verum de vobis dicturi sint posteri nostri."

24 Quae cum Aper dixisset, "Adgnosctisne" inquit Maternus "vim et ardorem Apri nostri? Quo torrente, quo impetu saeculum nostrum defendit! Quam copiose ac varie vexavit antiquos! Quanto non solum ingenio ac spiritu, sed etiam eruditione et arte ab ipsis mutuatus est ~~per quae mox ipsos inceseret!~~ Tuum tamen, Messalla, promissum immutasse non debet; neque enim defensorem antiquorum exigimus, nec quemquam nostrum, quamquam modo laudati sumus, iis quos insectatus est Aper comparamus. Ac ne ipse quidem ita sentit, sed more vetere et a nostris philosophis saepe celebrato sumpsit sibi contra dicendi partes. Igitur exprome nobis non laudationem antiquorum (satis enim illos fama sua laudat), sed causas cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem, effici ratio temporum collegerit."

25 Tum Messalla: "Sequar praescriptam a te, Materne, formam; neque enim diu contra dicendum est Apro, qui primum, ut opinor, nominis controversiam movit, tamquam parum proprie antiqui vocarentur quos satis

78

A DIALOGUE ON ORATORY

perspicuity of thought, so well do you give expression to deep emotion, so restrained are you in your outspokenness, that even if spite and ill-will interfere with a favourable verdict from us who are your contemporaries, posterity assuredly will do you justice."

"There is no mistaking, is there," said Maternus, when Aper had finished speaking, "our friend's passionate impetuosity? With what a flow of words, with what a rush of eloquence, did he champion the age in which we live! With what readiness and versatility did he make war upon the ancients! What natural ability and inspiration, and more than that, what learning and skill did he display, borrowing from their own armoury the very weapons which he was afterwards to turn against themselves! All the same, Messalla, he must not be allowed to make you break your promise. It is not a defence of antiquity that we need, and in spite of the compliments Aper has just been paying us, there is no one among us whom we would set alongside of those who have been the object of his attack. He does not think there is, any more than we do. No; adopting an old method and one much in vogue with the philosophers of the present day, what he did was to take on himself the rôle of an opponent. Well then, do you set before us, not a eulogy of the ancients (their renown is their best eulogy), but the reasons why we have fallen so far short of their eloquence, and that though chronology has proved to demonstration that from the death of Cicero to the present time is an interval of only one hundred and twenty years."

Thereupon Messalla spoke as follows: "I shall keep to the lines you have laid down, Maternus; Aper's argument does not need any lengthy refutation. He began by raising an objection which hinges,

TACITVS

constat ante centum annos fuisse. Mihi autem de vocabulo pugna non est; sive illos antiquos sive maiores sive quo alio mavult nomine appellet, dum modo in confesso sit eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse. Ne illi quidem parti sermonis eius repugno, † si cominus fatetur ¹ plures formas dicendi etiam isdem saeculis, nedum diversis exstitisse. Sed quo modo inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium *tamen*² concessu haec oratorum aetas maxime probatur, sic apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et prioribus et sequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter se specie differunt, cum genere consentiant. Adstrictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Caelius, gravior Brutus, vehementior et plenior et valentior Cicero: omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae *prae se* ferunt, ut si omnium pariter libros in manum sumpseris scias, quamvis in diversis ingeniis, esse quandam iudicii ac voluntatis similitudinem et cognitionem. Nam quod invicem se obtrectaverunt, et sunt aliqua epistulis eorum inserta ex quibus mutua malignitas detegitur, non est oratorum vitium, sed hominum. Nam et Calvum et Asinium et ipsum

¹ See note 42, p. 139.

² See note 43, p. 140.

A DIALOGUE ON ORATORY

as it seems to me, on a mere name. Aper thinks it incorrect to apply the term 'ancients' to persons who are known to have lived only one hundred years ago. Now I am not going to fight about a word; he may call them 'ancients' or 'ancestors,' or anything else he likes, so long as it is admitted that the eloquence of those days stood higher than ours. No more have I any objection to that part of his argument in which he comes to the point, and acknowledges that not only at different but at the same epochs more types of eloquence than one have made their appearance. But just as in Attic oratory the palm is awarded to Demosthenes, while next in order come Aeschines, Hyperides, Lysias, and Lycurgus, and yet this era of eloquence is by universal consent considered as a whole the best; so at Rome it was Cicero who outdistanced the other speakers of his own day, while Calvus and Asinius and Caesar and Caelius and Brutus are rightly classed both above their predecessors and above those who came after them. In the face of this generic agreement it is unimportant that there are special points of difference. Calvus is more concise, Asinius more rhythmical, Caesar more stately, Caelius more pungent, Brutus more dignified, Cicero more impassioned, fuller, and more forceful; yet they all exhibit the same healthfulness of style, to such an extent that if you take up all their speeches at the same time you will find that, in spite of diversity of talent, there is a certain family likeness in taste and aspiration. As to their mutual recriminations,—and there do occur in their correspondence some passages that reveal the bad blood there was between them,—that is to be charged against them not as orators, but as human beings. With Calvus and Asinius—yes, and

TACITVS

Ciceronem credo solitos et invidere et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici: solum inter hos arbitror Brutum non malignitate nec invidia, sed simpliciter et ingenue iudicium animi sui detexisse. An ille Ciceroni invideret, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse? Quod ad Servium Galbam et C. Laelium attinet, et si quos alios antiquiorum agitare *Aper*¹ non destitit, non exigit defensorem, cum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec satis adultae defuisse.

- 26 Ceterum si omissio optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae eligenda sit forma dicendi, malim hercle C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis: adeo melius est orationem vel hirta toga induere quam fucatis et meretriciis vestibibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo hercle ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur ut lascivia verborum et levitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos expriment. Quodque vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii loco plerique iactant cantari saltarique commentarios suos; unde oritur illa foeda

¹ See note 44, p. 140.

Dialogue 26

A DIALOGUE ON ORATORY

with Cicero himself—it was quite usual, I take it, to harbour feelings of jealousy and spite; they were liable to all the failings that mark our poor human nature. To my thinking Brutus is the only one of them who showed no rancour and no ill-will: in straightforward and ingenuous fashion he spoke out what was in his mind. Was it likely that Brutus would have any ill-will for Cicero? Why, he does not seem to me to have felt any for Julius Caesar himself. As to Servius Galba and Gaius Laelius, and any of the other ‘ancients,’ speaking comparatively, whom Aper so persistently disparaged, their case does not call for any defence; I am free to admit that their style of eloquence had the defects that are incidental to infancy and immaturity.

“If, however, one had to choose a style without taking absolutely ideal standards of eloquence into account, I should certainly prefer the fiery spirit of Gaius Gracchus or the mellowness of Lucius Crassus to the coxcombrity of a Maecenas or the jingle-jangle of a Gallio; for it is undoubtedly better to clothe what you have to say even in rough homespun than to parade it in the gay-coloured garb of a courtesan. There is a fashion much in vogue with quite a number of counsel nowadays that ill befits an orator, and is indeed scarce worthy even of a man. They make it their aim, by wantonness of language, by shallow-pated conceits, and by irregular arrangement, to produce the rhythms of stage-dancing; and whereas they ought to be ashamed even to have such a thing said by others, many of them actually boast that their speeches can be sung and danced to, as though that were something creditable, distinguished, and clever. This is the origin of

TACITVS

et praepostera, sed tamen frequens exclamatio¹, ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. Equidem non negaverim Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus bilis habeat quam sanguinis; primus enim contempto ordine rerum, ommissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam quibus utitur armis incompositus et studio ferendi plerumque deiectus, non pugnat, sed rixatur. Ceterum, ut dixi, sequentibus comparatus et varietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum virium robore multum ceteros superat, quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. Ego autem expectabam ut incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret, pluresque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. Nunc detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est nisi in publicum et in commune—veritus, credo, ne multos offenderet si paucos excerpisset. (Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione

¹ See note 45, p. 140.

A DIALOGUE ON ORATORY

the epigram, so shameful and so wrong-headed, but yet so common, which says that at Rome 'orators speak voluptuously and actors dance eloquently.' With reference to Cassius Severus, who is the only one our friend Aper ventured to name, I should not care to deny that, if he is compared with those who came after him, he may be called a real orator, though a considerable portion of his compositions contains more of the choleric element than of good red blood. Cassius was the first to treat lightly the arrangement of his material, and to disregard propriety and restraint of utterance. He is unskilful in the use of the weapons of his choice, and so keen is he to hit that he quite frequently loses his balance. So, instead of being a warrior, he is simply a brawler. As already stated, however, compared with those who came after him, he is far ahead of them in all-round learning, in the charm of his wit, and in sheer strength and pith. Aper could not prevail on himself to name any of those successors of Cassius, and to bring them into the firing-line. My expectation, on the other hand, was that after censuring Asinius and Caelius and Calvus, he would bring along another squad, and would name a greater or at least an equal number from whom we might pit one against Cicero, another against Caesar, and so, champion against champion, throughout the list. Instead of this he has restricted himself to a criticism of certain stated orators among the 'ancients,' without venturing to commend any of their successors, except in the most general terms. He was afraid, I fancy, of giving offence to many by specifying only a few. Why, almost all our professional rhetoricians plume themselves on their pet conviction that each of them

TACITVS

fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum ?

At ego non verebor ¹ nominare singulos, quo facilius propositis exemplis adpareat quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia."

27 "Adpara te" ² inquit Maternus "et potius exsolve promissum. Neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me quidem in confesso est, sed causas exquirimus quas te solitum tractare paulo ante *dixisti* plane mitior et eloquentiae temporum nostrorum minus iratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos lacessendo."

"Non sum" inquit "offensus Apri *mei* disputatione, nec vos offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringat, cum sciatis hanc esse eius modi sermonum legem, iudicium animi citra damnum adfectus proferre."

"Perge" inquit Maternus "et cum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus quam ab eloquentia."

28 Et Messalla, "Non reconditas, Materne, causas requiris, nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotas, etiam si mihi partes adsignatis proferendi in medium quae omnes sentimus. Quis

¹ See note 46, p. 140.

² See note 47, p. 140.

A DIALOGUE ON ORATORY

is to be ranked as superior to Cicero, though distinctly inferior to Gabinianus.

"I shall not hesitate, on the other hand, to name individuals in order to show, by the citation of instances, the successive stages in the decline and fall of eloquence."

Thereupon Maternus exclaimed: "Get ready, and rather make good your promise. We do not want you to lead up to the conclusion that the ancients excelled us in eloquence. I regard that as an established fact. What we are asking for is the reasons of the decline. You said a little while ago that this forms a frequent subject of consideration with you: that was when you were in a distinctly milder frame of mind, and not so greatly incensed against contemporary eloquence,—in fact, before Aper gave you a shock by his attack on your ancestors."

"My good friend Aper's discourse did not shock me," Messalla replied, "and no more must you be shocked by anything that may chance to grate upon your ears. You know that it is the rule in talks of this kind to speak out one's inmost convictions without prejudice to friendly feeling."

"Go on," said Maternus, "and in dealing with the men of olden times see that you avail yourself of all the old-fashioned outspokenness which we have fallen away from even more than we have from eloquence."

"My dear Maternus," Messalla continued, "the reasons you ask for are not far to seek. You know them yourself, and our good friends Secundus and Aper know them too, though you want me to take the rôle of the person who holds forth on views that are common to all of us. Everybody is aware that it

TACITVS

enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes descivisse ab illa vetere gloria non inopia hominum, sed desidia iuventutis et neglegentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui? quae mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant. Quamquam vestra vobis notiora sunt: ego de urbe et his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quae natos statim excipiunt et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de severitate ac disciplina maiorum circa educandos formandosque liberos pauca praedixero.

Nam pridem suus cuique filius, ex casta parente natus, non in cellula emptae nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur, cuius praecipua laus erat tueri domum et inservire liberis. Eligebatur autem maior aliqua natu propinqua, cuius probatis spectatisque moribus omnis eiusdem familiae suboles committeretur; coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhonestum factu videretur. Ac non studia modo curasque, sed remissiones etiam lususque puerorum sanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. Quae disciplina ac severitas eo pertinebat ut sincera et integra et nullis pravitatibus

A DIALOGUE ON ORATORY

is not for lack of votaries that eloquence and the other arts as well have fallen from their former high estate, but because of the laziness of our young men, the carelessness of parents, the ignorance of teachers, and the decay of the old-fashioned virtue. It was at Rome that this backsliding first began, but afterwards it permeated Italy and now it is making its way abroad. You know provincial conditions, however, better than I do; I am going to speak of the capital and of our home-grown Roman vices, which catch on to us as soon as we are born, and increase with each successive stage of our development. But first I must say a word or two about the rigorous system which our forefathers followed in the matter of the upbringing and training of their children.

“In the good old days, every man’s son, born in wedlock, was brought up not in the chamber of some hireling nurse, but in his mother’s lap, and at her knee. And that mother could have no higher praise than that she managed the house and gave herself to her children. Again, some elderly relative would be selected in order that to her, as a person who had been tried and never found wanting, might be entrusted the care of all the youthful scions of the same house; in the presence of such an one no base word could be uttered without grave offence, and no wrong deed done. Religiously and with the utmost delicacy she regulated not only the serious tasks of her youthful charges, but their recreations also and their games. It was in this spirit, we are told, that Cornelia, the mother of the Gracchi, directed their upbringing, Aurelia that of Caesar, Atia of Augustus: thus it was that these mothers trained their princely children. The object of this rigorous system was that the natural disposition of every child, while still sound at

TACITVS

detorta unius cuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas, et sive ad rem militarem sive ad iuris scientiam sive ad eloquentiae studium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret.

- 29 At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus servis, plerumque vilissimus nec cuiquam serio ministerio adcommodatus. Horum fabulis et erroribus teneri statim et rudes animi imbuuntur; nec quisquam in tota domo pensi habet quid coram infante domino aut dicat aut faciat. Quin etiam ipsi parentes nec probitati neque modestiae parvulos adsuefaciunt, sed lasciviae et dicacitati, per quae paulatim impudentia inrepat et sui alienique contemptus. Iam vero propria et peculiaria huius urbis vitia paene in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia: quibus occupatus et obsessus animus quantum loci bonis artibus relinquit? Quotum quemque invenies qui domi quicquam aliud loquatur? Quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intravimus? Ne praecipitantes quidem ullas crebriores cum auditoribus suis
- 90

A DIALOGUE ON ORATORY

the core and untainted, not warped as yet by any vicious tendencies, might at once lay hold with heart and soul on virtuous accomplishments, and whether its bent was towards the army, or the law, or the pursuit of eloquence, might make that its sole aim and its all-absorbing interest.

“Nowadays, on the other hand, our children are handed over at their birth to some silly little Greek serving-maid, with a male slave, who may be any one, to help her,—quite frequently the most worthless member of the whole establishment, incompetent for any serious service. It is from the foolish tittle-tattle of such persons that the children receive their earliest impressions, while their minds are still pliant and unformed; and there is not a soul in the whole house who cares a jot what he says or does in the presence of its lispng little lord. Yes, and the parents themselves make no effort to train their little ones in goodness and self-control; they grow up in an atmosphere of laxity and pertness, in which they come gradually to lose all sense of shame, and all respect both for themselves and for other people. Again, there are the peculiar and characteristic vices of this metropolis of ours, taken on, as it seems to me, almost in the mother’s womb,—the passion for play actors, and the mania for gladiatorial shows and horse-racing; and when the mind is engrossed in such occupations, what room is left over for higher pursuits? How few are to be found whose home-talk runs to any other subjects than these? What else do we overhear our younger men talking about whenever we enter their lecture-halls? And the teachers are just as bad. With them, too, such topics supply material for gossip with their classes more frequently than any others; for it is not by the strict administra-

TACITVS

fabulas habent ; colligunt enim discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione salutationum et inlecebris adulationis.

- 30 Transeo prima discentium elementa, in quibus et ipsis parum laboratur : nec in auctoribus cognoscendis nec in evolvenda antiquitate nec in notitia vel rerum vel hominum vel temporum satis operae insumitur. Sed expetuntur quos rhetoras vocant ; quorum professio quando primum in hanc urbem introducta sit, quamque nullam apud maiores nostros auctoritatem habuerit, statim dicturus referam necesse est animum ad eam disciplinam qua usos esse eos oratores accepimus quorum infinitus labor et cotidiana meditatio et in omni genere studiorum adsiduae exercitationes ipsorum etiam continentur libris. Notus est vobis utique Ciceronis liber qui Brutus inscribitur, in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut quandam educationem refert : se apud Q. Mucium ius civile didicisse, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse ; neque iis doctoribus contentum quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercle in libris Ciceronis deprehendere licet non geometriae, non musicae, non grammaticae, non
- 92

A DIALOGUE ON ORATORY

tion of discipline, or by giving proof of their ability to teach that they get pupils together, but by pushing themselves into notice at morning calls and by the tricks of toadyism.

“I pass by the first rudiments of education, though even these are taken too lightly: it is in the reading of authors, and in gaining a knowledge of the past, and in making acquaintance with things¹ and persons and occasions that too little solid work is done. Recourse is had instead to the so-called rhetoricians. As I mean to speak in the immediate sequel of the period at which this vocation first made its way to Rome, and of the small esteem in which it was held by our ancestors, I must advert to the system which we are told was followed by those orators whose unremitting industry and daily preparation and continuous practice in every department of study are referred to in their own published works. You are of course familiar with Cicero’s ‘Brutus,’ in the concluding portion of which treatise—the first part contains a review of the speakers of former days—he gives an account of his own first beginnings, his gradual progress, and what I may call his evolution as an orator. He tells us how he studied civil law with Q. Mucius, and thoroughly absorbed philosophy in all its departments as a pupil of Philo the Academic and Diodotus the Stoic; and not being satisfied with the teachers ~~who had been~~ accessible to him at Rome, he went to Greece, and travelled also through Asia Minor, in order to acquire a comprehensive training in every variety of knowledge. Hence it comes that in Cicero’s works one may detect the fact that he was not lacking in a knowledge of mathematics, of music, of

¹ See note 48, p. 141.

TACITVS

denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat. Ita est enim, optimi viri, ita: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis cluditur, sed is est orator qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium, possit.

- 31 Hoc sibi illi veteres persuaserant, ad hoc efficiendum intellegebant opus esse, non ut in rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut iis artibus pectus implerent in quibus de bonis ac malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto disputatur; haec enim est oratori subiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus *de utilitate*, in *laudationibus* ¹ de honestate disserimus, ita *tamen* ut plerumque haec in vicem misceantur: de quibus copiose et varie et ornate nemo dicere potest nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum pravitatemque

¹ See note 49, p. 141.

A DIALOGUE ON ORATORY

linguistics—in short, of any department of the higher learning. Yes, Cicero was quite at home in the subtleties of dialectic, in the practical lessons of ethical philosophy, in the changes and origins of natural phenomena. Yes, my good friends, that is the fact: it is only from a wealth of learning, and a multitude of accomplishments, and a knowledge that is universal that his marvellous eloquence wells forth like a mighty stream. The orator's function and activity is not, as is the case with other pursuits, hemmed in all round within narrow boundaries. He only deserves the name who has the ability to speak on any and every topic with grace and distinction of style, in a manner fitted to win conviction, appropriately to the dignity of his subject-matter, suitably to the case in hand, and with resulting gratification to his audience.

“This was fully understood by the men of former days. They were well aware that, in order to attain the end in view, the practice of declamation in the schools of rhetoric was not the essential matter, —the training merely of tongue and voice in imaginary debates which had no point of contact with real life. No, for them the one thing needful was to stock the mind with those accomplishments which deal with good and evil, virtue and vice, justice and injustice. It is this that forms the subject-matter of oratory. Speaking broadly, in judicial oratory our argument turns upon fair dealing, in the oratory of debate upon advantage, in eulogies upon moral character, though these topics quite frequently overlap. Now it is impossible for any speaker to treat them with fullness, and variety, and elegance, unless he has made a study of human nature, of the meaning

TACITVS

vitiorum et intellectum eorum quae nec in virtutibus nec in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius iram iudicis vel instiget vel leniat qui scit quid ira, et promptius ad miserationem impellat qui scit quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibusque versatus orator, sive apud infestos sive apud cupidos sive apud invidentes sive apud tristes sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit venas animorum, et prout cuiusque natura postulabit adhibebit manum et temperabit orationem, parato omni instrumento et ad omnem usum reposito. Sunt apud quos adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud hos dedisse operam dialecticae proficiet. Alios fusa et aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis delectat: ad hos permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos. Dabunt Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem; ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes adsumere iisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori. Neque enim sapientem informamus neque Stoicorum comitem, sed eum qui quasdam artes

96

A DIALOGUE ON ORATORY

of goodness and the wickedness of vice, and unless he has learnt to appreciate the significance of what ranks neither on the side of virtue nor on that of vice. This is the source from which other qualifications also are derived. The man who knows what anger is will be better able either to work on or to mollify the resentment of a judge, just as he who understands compassion, and the emotions by which it is aroused, will find it easier to move him to pity. If your orator has made himself familiar with these branches by study and practice, whether he has to address himself to a hostile or a friendly or a grudging audience, whether his hearers are ill-humoured or apprehensive, he will feel their pulse, and will handle them in every case as their character requires, and will give the right tone to what he has to say, keeping the various implements of his craft lying ready to hand for any and every purpose. There are some with whom a concise, succinct style carries most conviction, one that makes the several lines of proof yield a rapid conclusion: with such it will be an advantage to have paid attention to dialectic. Others are more taken with a smooth and steady flow of speech, drawn from the fountain-head of universal experience: in order to make an impression upon these we shall borrow from the Peripatetics their stock arguments, suited and ready in advance for either side of any discussion. Combativeness will be the contribution of the Academics, sublimity that of Plato, and charm that of Xenophon; nay, there will be nothing amiss in a speaker taking over even some of the excellent aphorisms of Epicurus and Metrodorus, and applying them as the case may demand. It is not a professional philosopher that we are delineating, nor a hanger-on of the Stoics, but the man

TACITVS

haurire, omnes libare debet. Ideoque et iuris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant, et grammatica musica geometria imbuebantur. Incidunt enim causae, plurimae quidem, ac paene omnes, quibus iuris notitia desideratur, pleraeque autem in quibus haec quoque scientia requiritur.

32 Nec quisquam respondeat sufficere ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur. Primum enim aliter utimur propriis, aliter commodatis, longaeque interesse manifestum est possideat quis quae profert an mutuetur. Deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque ubi minime credas eminent et excellit. Idque non doctus modo et prudens auditor, sed etiam populus intellegit, ac statim ita laude prosequitur ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem esse fateatur; quem non posse aliter existere nec exstitisse umquam confirmo nisi eum qui, tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. Quod adeo negligitur ab horum temporum disertis ut in actionibus eorum huius quoque cotidiani sermonis foeda ac

A DIALOGUE ON ORATORY

who, while he ought thoroughly to absorb certain branches of study, should also have a bowing acquaintance with them all. That is the reason why the orators of former days made a point of acquiring a knowledge of civil law, while they received a tincture also of literature, music, and mathematics. In the cases that come one's way, what is essential in most instances, indeed almost invariably, is legal knowledge, but there are often others in which you are expected to be well versed also in the subjects just mentioned.

“Do not let any one argue in reply that it is enough for us to be coached in some straightforward and clearly defined issue in order to meet the case immediately before us. To begin with, the use we make of what belongs to ourselves is quite different from our use of what we take on loan : there is obviously a wide gulf between owning what we give out and borrowing it from others. In the next place, breadth of culture is an ornament that tells of itself even when one is not making a point of it : it comes prominently into view where you would least expect it. This fact is fully appreciated not only by the learned and scholarly portion of the audience, but also by the rank and file. They cheer the speaker from the start, protesting that he has been properly trained, that he has gone through all the points of good oratory, and that he is, in short, an orator in the true sense of the word : and such an one cannot be, as I maintain, and never was any other than he who enters the lists of debate with all the equipment of a man of learning, like a warrior taking the field in full armour. Our clever speakers of to-day, however, lose sight of this ideal to such an extent that one can detect in their pleadings the shameful and discreditable blemishes

TACITVS

pu'denda vitia deprehendantur; ut ignorent leges, non teneant senatus consulta, ius *huius* civitatis¹ ultro derideant, sapientiae vero studium et praecepta prudentium penitus reformident. In paucissimos sensus et angustas sententias detrudunt eloquentiam velut expulsam regno suo, ut quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur.

Ergo hanc primam et praecipuam causam arbitror cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur, quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est? Et Cicero² his, ut opinor, verbis refert, quidquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum *officinis*, sed Academiae spatiis consecutum. Sunt aliae causae, magnae et graves, quas a vobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus explevi, et quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi, quos, si forte haec audierint, certum habeo dicturos me, dum iuris et philosophiae scientiam tamquam oratori necessariam laudo, *ineptiis* meis *plausisse*."

33 Et Maternus "Mihi quidem" inquit "susceptum a te munus adeo peregissem nondum videris ut incolhasse

¹ See note 50, p. 142.

² See note 51, p. 142.

A DIALOGUE ON ORATORY

even of our everyday speech. They know nothing of statute-law, they have no hold of the decrees of the senate, they go out of their way to show contempt for the law of the constitution, and as for the pursuit of philosophy and the sages' saws they regard them with downright dismay. Eloquence is by them degraded, like a discrowned queen, to a few common-places and cramped conceits. She who in days of yore reigned in the hearts of men as the mistress of all the arts, encircled by a brilliant retinue, is now curtailed and mutilated, shorn of all her state, all her distinction, I had almost said all her freedom, and is learnt like any vulgar handicraft.

“This then I take to be the first and foremost reason why we have degenerated to such an extent from the eloquence of the orators of old. If you want witnesses, what weightier evidence can I produce than Demosthenes among the Greeks, who is said to have been one of Plato's most enthusiastic students? Our own Cicero tells us too—I think in so many words—that anything he accomplished as an orator he owed not to the workshops of the rhetorician, but to the spacious precincts of the Academy. There are other reasons, important and weighty, which ought in all fairness to be unfolded by you, since I have now done my part and have as usual put up the backs of quite a number, who will be sure to say, if my words chance to reach their ears, that it is only in order to cry up my own pet vanities that I have been extolling a knowledge of law and philosophy as indispensable to the orator.”

“Nay,” said Maternus, “it seems to me that you have failed so far to fulfil the task you undertook. You have only made a beginning of it, and you have traced out for us what I take to be nothing more

TACITVS

tantum et velut vestigia ac liniamenta quaedam ostendisse videaris. Nam quibus *artibus* instrui veteres oratores soliti sint dixisti, differentiamque nostrae desidiae et inscientiae adversus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera exspecto, ut quem ad modum ex te didici quid aut illi scierint aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuvenes iam et forum ingressuri confirmare et alere ingenia sua soliti sint. Neque enim tantum arte et scientia, sed longe magis facultate et usu eloquentiam contineri, nec tu, puto, abnues et hi significare vultu videntur."

Deinde cum Aper quoque et Secundus idem adnuissent, Messalla quasi rursus incipiens: "Quoniam initia et semina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui oratores institui erudiri soliti sint, persequar nunc exercitationes eorum. Quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot tam varias ac reconditas res potest, nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati usus eloquentiae accedat. Per quae colligitur eandem esse rationem et percipiendi quae proferas et proferendi quae perceperis. Sed si cui obscuriora haec videntur isque scientiam ab exercitatione

A DIALOGUE ON ORATORY

than the bare outline of the subject. You have spoken, it is true, of the accomplishments which formed as a rule the equipment of the orators of bygone days, and you have set forth our indolence and ignorance in strong contrast to their enthusiastic and fruitful application. But I am looking for what is to come next. You have taught me the extent of their knowledge and our abysmal ignorance: what I want also to know about is the methods of training by which it was customary for their young men, when about to enter on professional life, to strengthen and develop their intellectual powers. For the true basis of eloquence is not theoretical knowledge only, but in a far greater degree natural capacity and practical exercise. To this view I am sure you will not demur, and our friends here, to judge by their looks, seem to indicate concurrence."

Both Aper and Secundus expressed agreement with this statement, whereupon Messalla made what may be called a fresh start. "Since I have given," he said, "what seems to be a sufficient account of the first beginnings and the germs of ancient oratory, by setting forth the branches on which the orators of former days were wont to base their training and instruction, I shall now proceed to take up their practical exercises. And yet theory itself involves practice, and it is impossible for any one to grasp so many diverse and abstruse subjects, unless his theoretical knowledge is re-enforced by practice, his practice by natural ability, and his ability by experience of public speaking. The inference is that there is a certain identity between the method of assimilating what you express and that of expressing what you have assimilated. But if any one thinks this a dark saying, and wants to separate theory from practice, he must at least admit

TACITVS

separat, illud certe concedet, instructum et plenum his artibus animum longe paratiorem ad eas exercitationes venturum quae propriae esse oratorum videntur.

- 34 Ergo apud maiores nostros iuuenis ille qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem qui principem in civitate locum obtinebat. Hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse sive in iudiciis sive in contionibus adsuescebat, ita ut altercationes quoque exciperet et iurgiis interesset, utque sic dixerim, pugnare in proelio disceret. Magnus ex hoc usus, multum constantiae, plurimum iudicii iuuenibus statim contingebat, in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit quo minus et iudex respuat et adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernentur. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur; et quamquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant; habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent quid in quoque vel probaretur vel displiceret. Ita nec praeceptor deerat, optim-

A DIALOGUE ON ORATORY

that the man whose mind is fully furnished with such theoretical knowledge will come better prepared to the practical exercises which are commonly regarded as the distinctive training of the orator.

“Well then, in the good old days the young man who was destined for the oratory of the bar, after receiving the rudiments of a sound training at home, and storing his mind with liberal culture, was taken by his father, or his relations, and placed under the care of some orator who held a leading position at Rome. The youth had to get the habit of following his patron about, of escorting him in public, of supporting him at all his appearances as a speaker, whether in the law courts or on the platform, hearing also his word-combats at first hand, standing by him in his duellings, and learning, as it were, to fight in the fighting-line. It was a method that secured at once for the young students a considerable amount of experience, great self-possession, and a goodly store of sound judgment: for they carried on their studies in the light of open day, and amid the very shock of battle, under conditions in which any stupid or ill-advised statement brings prompt retribution in the shape of the judge’s disapproval, taunting criticism from your opponent—yes, and from your own supporters expressions of dissatisfaction. So it was a genuine and unadulterated eloquence that they were initiated in from the very first; and though they attached themselves to a single speaker, yet they got to know all the contemporary members of the bar in a great variety of both civil and criminal cases. Moreover a public meeting gave them the opportunity of noting marked divergences of taste, so that they could easily detect what commended itself in the case of each individual speaker, and what on the other hand

TACITVS

us quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret, nec adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes, nec auditorium semper plenum, semper novum, ex invidis et faventibus, ut nec bene *nec male* dicta dissimularentur. Scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam non minus in diversis subselliis parari quam suis; inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corrob-
orari. Atque hercule sub eius modi praeceptoribus iuvenis ille de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et adsuefactus alienis experimentis, cui cotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo contionum, saepe cognitae populi aures, sive accusationem susceperat sive defensionem, solus statim et unus cuicumque causae par erat. Nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicensimo Caesar Dolabellam, altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinius iis orationibus insecuti sunt quas hodie quoque ¹ cum admiratione legimus.

35 At nunc adulescentuli nostri deducuntur in scholas

¹ See note 52, p. 142.

A DIALOGUE ON ORATORY

failed to please. In this way they could command, firstly, a teacher, and him the best and choicest of his kind, one who could show forth the true features of eloquence, and not a weak imitation; secondly, opponents and antagonists, who fought with swords, not with wooden foils; and thirdly, an audience always numerous and always different, composed of friendly and unfriendly critics, who would not let any points escape them, whether good or bad. For the oratorical renown that is great and lasting is built up, as you know, quite as much among the opposition benches as on those of one's own side; indeed, its growth in that quarter is sturdier, and takes root more firmly. Yes, under such instructors the young man who is the subject of this discourse, the pupil of real orators, the listener in the forum, the close attendant on the law courts, trained to his work in the school of other people's efforts, who got to know his law by hearing it cited every day, who became familiar with the faces on the bench, who made the practice of public meetings a subject of constant contemplation, and who had many opportunities of studying the vagaries of the popular taste,—such a youth, whether he undertook to appear as prosecutor or for the defence, was competent right away to deal with any kind of case, alone and unaided. Lucius Crassus was only eighteen when he impeached Gaius Carbo, Caesar twenty when he undertook the prosecution of Dolabella, Asinius Pollio twenty-one when he attacked Gaius Cato, and Calvus not much older when he prosecuted Vatinius. The speeches they delivered on those occasions are read to this day with admiration.

“But nowadays our boys are escorted to the

TACITVS

istorum qui rhetores vocantur, quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est quod a Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, 'ludum impudentiae' iussi sunt. Sed ut dicere institueram, deducuntur in scholas *de* quibus¹ non facile dixerim utrumne locus ipse an condiscipuli an genus studiorum plus mali ingeniis adferant. Nam in loco nihil reverentiae est, *scilicet* in quem² nemo nisi aequae imperitus intrat; in condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae. Ex his suasoriae quidem etsi, tamquam plane leviores et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur, controversiae robustioribus adsignantur,—quales, per fidem, et quam incredibiliter compositae! Sequitur autem ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit ut tyrannidarum praemia aut vitiatarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum aut quidquid in schola

¹ See note 54, p. 142.

² See note 55, p. 142.

A DIALOGUE ON ORATORY

schools of the so-called 'professors of rhetoric,'—persons who came on the scene just before the time of Cicero but failed to find favour with our forefathers, as is obvious from the fact that the censors Crassus and Domitius ordered them to shut down what Cicero calls their 'school of shamelessness.'¹ They are escorted, as I was saying, to these schools, of which it would be hard to say what is most prejudicial to their intellectual growth, the place itself, or their fellow-scholars, or the studies they pursue. The place has nothing about it that commands respect,—no one enters it who is not as ignorant as the rest; there is no profit in the society of the scholars, since they are all either boys or young men who are equally devoid of any feeling of responsibility whether they take the floor or provide an audience; and the exercises in which they engage largely defeat their own objects. You are of course aware that there are two kinds of subject-matter handled by these professors, the deliberative and the disputatious. Now while, as regards the former, it is entrusted to mere boys, as being obviously of less importance and not making such demands on the judgment, the more mature scholars are asked to deal with the latter,—but, good heavens! what poor quality is shown in their themes, and how unnaturally they are made up! Then in addition to the subject-matter that is so remote from real life, there is the bombastic style in which it is presented. And so it comes that themes like these: 'the reward of the king-killer,' or 'the outraged maid's alternatives,' or 'a remedy for the plague,' or 'the incestuous mother,' and all the other topics that are treated every day in the school, but seldom

¹ See note 53, p. 142.

TACITVS

cotidie agitur, in foro vel raro vel numquam, ingentibus verbis prosequantur: cum ad veros iudices ventum . . .¹

36 . . . rem cogitare; nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia, sicut flamma, materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit.

Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi adsequi videbantur, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator saperet quantum erranti populo persuadere poterat. Hinc leges adsiduae et populare nomen, hinc contiones magistratum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum et adsignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et adsidua senatus adversus plebem certamina. Quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores adsequeretur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis

¹ See note 56, p. 142.

A DIALOGUE ON ORATORY

or never in actual practice, are set forth in magniloquent phraseology; but when the speaker comes before a real tribunal . . .

“ . . . to have regard to the subject in hand. With him it was an impossibility to give forth any utterance that was trivial or commonplace. Great oratory is like a flame: it needs fuel to feed it, movement to fan it, and it brightens as it burns.

“At Rome too the eloquence of our forefathers owed its development to the same conditions. For although the orators of to-day have also succeeded in obtaining all the influence that it would be proper to allow them under settled, peaceable, and prosperous political conditions, yet their predecessors in those days of unrest and unrestraint thought they could accomplish more when, in the general ferment and without the strong hand of a single ruler, a speaker's political wisdom was measured by his power of carrying conviction to the unstable populace. This was the source of the constant succession of measures put forward by champions of the people's rights, of the harangues of state officials who almost spent the night on the hustings, of the impeachments of powerful criminals and hereditary feuds between whole families, of schisms among the aristocracy and never-ending struggles between the senate and the commons. All this tore the commonwealth in pieces, but it provided a sphere for the oratory of those days and heaped on it what one saw were vast rewards. The more influence a man could wield by his powers of speech, the more readily did he attain to high office, the further did he, when in office, outstrip his colleagues in the race for precedence, the more did he gain favour with the great, authority with the

TACITVS

apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat. Hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in provincias magistratus revereabantur, hos reversi colebant, hos et praeturae et consulatus vocare ultro videbantur, hi ne privati quidem sine potestate erant, cum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. Quin immo sibi persuaserant neminem sine eloquentia aut adsequi posse in civitate aut tueri conspicuum et eminentem locum : nec mirum, cum etiam inviti ad populum producerentur, cum parum esset in senatu breviter censere, nisi qui ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur, cum in aliquam invidiam aut crimen vocati sua voce respondendum haberent, cum testimonia quoque in *iudiciis* publicis non absentes nec per tabellam dare, sed coram et praesentes dicere cogentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat ; et quo modo disertum haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur.

37 Ergo non minus rubore quam praemiis stimulabantur ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur, ne traditae a maioribus necessitudines

A DIALOGUE ON ORATORY

senate, and name and fame with the common people. These were the men who had whole nations of foreigners under their protection, several at a time; the men to whom state officials presented their humble duty on the eve of their departure to take up the government of a province, and to whom they paid their respects on their return; the men who, without any effort on their own part, seemed to have praetorships and consulates at their beck and call; the men who even when out of office were in power, seeing that by their advice and authority they could bend both the senate and the people to their will. With them moreover it was a conviction that without eloquence it was impossible for any one either to attain to a position of distinction and prominence in the community, or to maintain it: and no wonder they cherished this conviction, when they were called on to appear in public even when they would rather not, when it was not enough to move a brief resolution in the senate, unless one made good one's opinion in an able speech, when persons who had in some way or other incurred odium, or else were definitely charged with some offence, had to put in an appearance in person, when moreover evidence in criminal trials had to be given not indirectly or by affidavit, but personally and by word of mouth. So it was that eloquence not only led to great rewards, but was also a sheer necessity; and just as it was considered great and glorious to have the reputation of being a good speaker, so, on the other hand, it was accounted discreditable to be inarticulate and incapable of utterance.

“Thus it was a sense of shame quite as much as material reward that gave them an incentive. They wanted to be ranked with patrons rather than poor dependents;

TACITVS

ad alios transirent, ne tamquam inertes et non suffecturi honoribus aut non impetrarent aut impetratos male tuerentur. Nescio an venerint in manus vestras haec vetera quae et in antiquariorum bibliothecis adhuc manent et cum maxime a Muciano contrahuntur, ac iam undecim, ut opinor, Actorum libris et tribus Epistularum composita et edita sunt. Ex his intellegi potest Cn. Pompeium et M. Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse; Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in his studiis operae curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam potentiam sine aliqua eloquentia consecutum.

His accedebat splendor reorum et magnitudo causarum, quae et ipsa plurimum eloquentiae praestant. Nam multum interest utrumne de furto aut formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitorum, de expilatis sociis et civibus trucidatis. Quae mala sicut non accidere melius est, isque optimus civitatis status habendus in quo nihil tale patimur, ita cum acciderent ingentem eloquentiae materiam subministrabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram et inlustrem orationem

114

A DIALOGUE ON ORATORY

they could not bear to let inherited connections pass into the hands of strangers ; and they had to avoid the reputation for apathy and incompetence that would either keep them from obtaining office or make their official careers a failure. I wonder if you have seen the ancient records which are still extant in the libraries of collectors, and which are even now being compiled by Mucianus : they have already been arranged and edited in eleven volumes, I think, of Proceedings and five of Letters. They make it clear that Gnaeus Pompeius and Marcus Crassus rose to power not only as warriors and men of might, but also by their talent for oratory ; that the Lentuli and the Metelli and the Luculli and the Curios and all the great company of our nobles devoted great care and attention to these pursuits ; and that in their day no one attained to great influence without some gift of eloquence.

“ There was a further advantage in the high rank of the persons who were brought to trial and the importance of the interests involved, factors which are also in a great degree conducive to eloquence. For it makes a good deal of difference whether you are briefed to speak about a case of theft, or a rule of procedure, and the provisional order of a magistrate, or about electioneering practices, the robbery of a province, and the murder of fellow-citizens. It is better, of course, that such horrors should not occur at all, and we must regard that as the most enviable political condition in which we are not liable to anything of the kind. Yet when these things did happen, they furnished the orators of the day with ample material. Hand in hand with the importance of the theme goes the growing ability to cope with it, and it is a sheer impossibility for any one to produce a

efficere potest nisi qui causam parem invenit. Non, opinor, Demosthenem orationes inlustrant quas adversus tutores suos composuit, nec Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt, non quia tanti fuit¹ rei publicae malos ferre cives ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent, sed, ut subinde admoneo, quaestionis meminerimus sciamusque nos de ea re loqui quae facilius turbidis et inquietis temporibus existit. Quis ignorat utilius ac melius esse frui pace quam bello vexari? plures tamen bonos proeliatore bella quam pax ferunt. Similis eloquentiae condicio. Nam quo saepius steterit tamquam in acie quoque plures et intulerit ictus et exceperit quoque maiores adversarios acrioresque pugnas sibi ipsa desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobilitata discriminibus in ore hominum agit, quorum ea natura est ut secreta velint periculosa mirentur².

38. Transeo ad formam et consuetudinem veterum iudiciorum. Quae etsi nunc aptior exstiterit³, eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas perorare horas cogebatur et liberae comperendinationes erant et modum in

¹ See note 57, p. 144.

² See note 58, p. 144.

³ See note 59, p. 144.

A DIALOGUE ON ORATORY

great and glorious oration unless he has found a theme to correspond. It is not, I take it, the speeches which he composed in the action he brought against his guardians that give Demosthenes his name and fame, nor does Cicero rest his claims to greatness as an orator on his defence of Publius Quintius or Licinius Archias. No, it was a Catiline, a Milo, a Verres, an Antonius that made his reputation for him. I do not mean that it was worth the country's while to produce bad citizens, just in order that our orators might have an ample supply of material; but let us bear in mind the point at issue, as I keep urging you to do, realising that our discourse is dealing with an art which comes to the front more readily in times of trouble and unrest. We all know that the blessings of peace bring more profit and greater happiness than the horrors of war; yet war produces a larger number of good fighters than peace. It is the same with eloquence. The oftener it takes its stand in the lists, the more numerous the strokes it gives and receives, the more powerful the opponents and the more keenly contested the issues it deliberately selects, in like proportion does eloquence carry its head higher and more erect before the eyes of men, deriving ever greater lustre from the very hazards it encounters. For men are naturally prone, while courting security for themselves, to admire whatever has an element of risk.

"I pass on to the organisation and procedure of the old law-courts. It may nowadays have become more practical, but all the same the forum as it then was provided a better training-ground for oratory: There was no obligation on any speaker to complete his pleading within an hour or two at the most;

TACITVS

dicendo sibi quisque sumebat et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit, imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur: apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est quam quod causae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii quae pro heredibus Vrbinae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis divi Augusti temporibus habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et adsidua senatus tranquillitas et maxima principis disciplina¹ ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacaverat².

39 Parvum et ridiculum fortasse videbitur quod dicturus sum; dicam tamen, vel ideo ut rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse paenulas istas quibus adstricti et velut inclusi cum iudicibus fabulamur? Quantum virium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus, in quibus

¹ See note 60, p. 144.

² See note 61, p. 145.

A DIALOGUE ON ORATORY

adjournments were always in order; as regards a time-limit, each man was a law to himself; and no attempt was made to define either how many days the case was to take or how many counsel were to be employed in it. It was Gnaeus Pompeius who, in his third consulship, first introduced limitations in regard to these matters. He may be said to have curbed eloquence with bit and bridle, without however cancelling the provision that everything should be done in court, according to law, and before a praetor. The best proof you can have of the greater importance of the cases dealt with by the praetors in former days is the fact that actions before the centumviral court, which are now considered to outrank all others, used to be so much overshadowed by the prestige of other tribunals that there is not a single speech, delivered before that court, that is read to-day, either by Cicero, or by Caesar, or by Brutus, or by Caelius, or by Calvus, or in fact by any orator of rank. The only exceptions are the speeches of Asinius Pollio entitled 'For Urbinia's Heirs,' and yet these are just the ones which he delivered well on in the middle of the reign of Augustus, when in consequence of the long period of peace, and the unbroken spell of inactivity on the part of the commons and of peaceableness on the part of the senate, by reason also of the working of the great imperial system, a hush had fallen upon eloquence, as indeed it had upon the world at large.

"My next point will perhaps strike you as trivial and ridiculous, but I shall make it, even if only to excite your ridicule. Take those gowns into which we squeeze ourselves when we chat with the court, a costume that shackles movement, do we ever reflect how largely responsible they are for the orator's loss

TACITVS

iam fere plurimae causae explicantur? Nam quo modo nobiles equos cursus et spatia probant, sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi et soluti ferantur debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipsam quin immo curam et diligentis stili anxietatem contrariam experimur, quia saepe interrogat iudex quando incipias, et ex interrogatione eius incipiendum est: frequenter [probationibus et testibus¹] silentium patronis indicit. Vnus inter haec dicenti aut alter adssistit, et res velut in solitudine agitur. Oratori autem clamore plausuque opus est, et velut quodam theatro; qualia cotidie antiquis oratoribus contingebant, cum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent, cum clientelae quoque ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus adsisteret, cum in plerisque iudiciis crederet populus Romanus sua interesse quid iudicaretur. Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium concursu totius civitatis et

¹ See note 62, p. 145.

A DIALOGUE ON ORATORY

of dignity? Or think of the recitation-halls and record-offices in which pretty well most cases are nowadays despatched, have they not also greatly contributed to the emasculation of eloquence? Why, just as with blood-horses it takes a roomy track to show their mettle, so orators need a spacious field in which to expatiate without let or hindrance, if their eloquence is not to lose all its strength and pith. Moreover, painstaking preparation and the anxious effort for stylistic finish are found after all to do more harm than good. The judge often asks when you are going to come to the point, and you are bound to make a start as soon as he puts the question. Just as often he tells counsel to stop (so that evidence may be led and witnesses examined). All the time the speaker has only two or three for an audience, and the hearing goes forward in what is a scene of desolation. But your public speaker can't get along without 'hear, hear,' and the clapping of hands. He must have what I may call his stage. This the orators of former times could command day after day, when the forum was packed by an audience at the same time numerous and distinguished, when persons who had to face the hazard of a public trial could depend on being supported by shoals of clients and fellow-tribesmen, and by deputations also from the country towns; half Italy, in fact, was there to back them. These were the days when the people of Rome felt that in quite a number of cases they had a personal stake in the verdict. We know on good authority that both the impeachment and the defence of a Cornelius, a Scaurus, a Milo, a Bestia, a Vatinius brought the whole community together *en masse*: so that it would

TACITVS

accusatos et defensos, ut frigidissimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. Itaque hercule eius modi libri extant ut ipsi quoque qui egerunt non aliis magis orationibus censeantur.

- 40 Iam vero contiones adsiduae et datum ius potentissimum quemque vexandi atque ipsa inimicitarum gloria, cum se plurimi disertorum ne a Publico quidem Scipione aut *L. Sulla* aut *Cn. Pompeio* abstinerent, et ad incessendos principes viros, ut est natura invidiae, populi quoque *ut histriones* auribus uterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant!¹

Non de otiosa et quieta re loquimur et quae probitate et modestia gaudeat, sed est magna illa et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti libertatem vocabant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine *reverentia*², contumax, temeraria, adrogans, quae in bene constitutis civitatibus non oritur. Quem enim oratorem *Lacedaemonium*, quem *Cretensem* accepimus? quarum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur. Ne *Macedonum* quidem ac *Persarum* aut ullius gentis quae certo imperio contenta fuerit

¹ See note 63, p. 145.

² See note 64, p. 145.

A DIALOGUE ON ORATORY

have been impossible for even the most frigid of speakers not to be enkindled and set on fire by the mere clash of partisan enthusiasm. That is why the quality of the published orations that have come down to us is so high that it is by these more than by any others that the speakers who appeared on either side actually take rank.

“Think again of the incessant public meetings, of the privilege so freely accorded of inveighing against persons of position and influence,—yes, and of the glory you gained by being at daggers drawn with them, in the days when so many clever speakers could not let even a Scipio alone, or a Sulla, or a Pompeius, and when, taking a leaf out of the book of stage-players, they made public meetings also the opportunity of launching characteristically spiteful tirades against the leading men of the state: how all this must have inflamed the able debater and added fuel to the fire of his eloquence!

“The art which is the subject of our discourse is not a quiet and peaceable art, or one that finds satisfaction in moral worth and good behaviour: no, really great and famous oratory is a foster-child of licence, which foolish men called liberty, an associate of sedition, a goad for the unbridled populace. It owes no allegiance to any. Devoid of reverence, it is insulting, off-hand, and overbearing. It is a plant that does not grow under a well-regulated constitution. Does history contain a single instance of any orator at Sparta, or at Crete, two states whose political system and legislation were more stringent than any other on record? It is equally true to say that in Macedonia and in Persia eloquence was unknown,

TACITVS

eloquentiam novimus. Rhodii quidam, plurimi Athenienses oratores extiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas, donec erravit, donec se partibus et dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla superiorum reverentia, nullus magistratuum modus, tulit sine dubio valentiorum eloquentiam, sicut indomitus ager habet quasdam herbas laetiores: sed nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit ut pateretur et leges, nec bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensavit.

- 41 Sic quoque quod superest antiqui oratoribus fori non emendatae nec usque ad votum compositae civitatis argumentum est. Quis enim nos advocat nisi aut nocens aut miser? Quod municipium in clientelam nostram venit, nisi quod aut vicinus populus aut domestica discordia agitat? Quam provinciam tuemur nisi spoliata vexatamque? Atqui melius fuisset non queri quam vindicari. Quod si inveniretur aliqua civitas in qua nemo peccaret, supervacuum esset inter innocentes orator sicut inter sanos medicus. Quo modo, *inquam*,¹ minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in iis gentibus quae

¹ See note 65, p. 145.

A DIALOGUE ON ORATORY

as indeed it was in all states that were content to live under a settled government. Rhodes has had some orators, Athens a great many: in both communities all power was in the hands of the populace—that is to say, the untutored democracy. The crowd ruled the roost. Likewise at Rome, so long as the constitution was unsettled, so long as the country kept wearing itself out with factions and dissensions and disagreements, so long as there was no peace in the forum, no harmony in the senate, no restraint in the courts of law, no respect for authority, no sense of propriety on the part of the officers of state, the growth of eloquence was doubtless sturdier, just as untilled soil produces certain vegetation in greater luxuriance. But the benefit derived from the eloquence of the Gracchi did not make up for what the country suffered from their laws, and too dearly did Cicero pay by the death he died for his renown in oratory.

“In the same way what little our orators have left them of the old forensic activities goes to show that our civil condition is still far from being ideally perfect. Does anyone ever call us lawyers to his aid unless he is either a criminal or in distress? Does any country town ever ask for our protection except under pressure either from an aggressive neighbour or from internal strife? Are we ever retained for a province except where robbery and oppression have been at work? Yet surely it were better to have no grievances than to need to seek redress. If a community could be found in which nobody ever did anything wrong, orators would be just as superfluous among saints as are doctors among those that need no physician. Just as the healing art, I repeat, is very little in demand and makes very little progress

TACITVS

firmissima valetudine ac saluberrimis corporibus utuntur, sic minor oratorum honor obscuriorque gloria est inter bonos mores et in obsequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in senatu sententiis, cum optimi cito consentiant? Quid multis apud populum contionibus, cum de re publica non imperiti et multi deliberent, sed sapientissimus et unus? Quid voluntariis accusationibus, cum tam raro et tam parce peccetur? Quid invidiosis et excedentibus modum defensionibus, cum clementia cognoscentis obviam periclitantibus eat? Credite, optimi et in quantum opus est disertissimi viri, si aut vos prioribus saeculis aut illi quos miramur his nati essent, ac deus aliquis vitas vestras ac tempora¹ repente mutasset, nec vobis summa illa laus et gloria in eloquentia neque illis modus et temperamentum defuisset: nunc, quoniam nemo eodem tempore adsequi potest magnam famam et magnam quietem, bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur."

- 42 Finierat Maternus, cum Messalla: "Erant quibus contra dicerem, erant de quibus plura dici vellem, nisi iam dies esset exactus."

"Fiet" inquit Maternus "postea arbitrato tuo, et

¹ See note 66, p. 146.

A DIALOGUE ON ORATORY

in countries where people enjoy good health and strong constitution, so oratory has less prestige and smaller consideration where people are well behaved and ready to obey their rulers. What is the use of long arguments in the senate, when good citizens agree so quickly? What is the use of one harangue after another on public platforms, when it is not the ignorant multitude that decides a political issue, but a monarch who is the incarnation of wisdom? What is the use of taking a prosecution on one's own shoulders when misdeeds are so few and so trivial, or of making oneself unpopular by a defence of inordinate length, when the defendant can count on a gracious judge meeting him half-way? Believe me, my friends, you who have all the eloquence that the times require: if you had lived in bygone days, or if the orators who rouse our admiration had lived to-day,—if some deity, I say, had suddenly made you change places in your lives and epochs, you would have attained to their brilliant reputation for eloquence just as surely as they would show your restraint and self-control. As things are, since it is impossible for anybody to enjoy at one and the same time great renown and great repose, let every one make the most of the blessings his own times afford without disparaging any other age."

When Maternus had finished speaking, "There were some points," Messalla said, "to which I should like to take exception, and others which, I think, might call for fuller treatment. But the hour grows late."

"Some other time," Maternus replied, "we shall take the matter up again, whenever you please. We can then discuss again anything in my argument

TACITVS

si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de iis rursus conferemus.”

Ac simul adsurgens et Aprum complexus “Ego” inquit “te poetis, Messalla *omnibus* antiquariis¹ criminabimur,”

“At ego vos rhetoribus et scholasticis” inquit.

Cum adrisissent, discessimus.

¹ See note 67, p. 146.

A DIALOGUE ON ORATORY

that may have struck you as needing further elucidation."

With that he rose from his seat and put his arms round Aper, saying, "We shall both denounce you,— I to the poets and Messalla to every lover of antiquity."

"And I," said Aper, "shall denounce both of you to the teachers of rhetoric and the professors."

They beamed on each other, and we went our ways.

AGRICOLA AND GERMANIA
TRANSLATED BY MAURICE HUTTON,
PROFESSOR OF GREEK IN UNIVERSITY
COLLEGE, TORONTO, SOMETIME FELLOW
· OF MERTON COLLEGE, OXFORD

P. CORNELII TACITI
DE VITA ET MORIBVS
IVLII AGRICOLAE

LIBER

I CLARORVM virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. sed apud priores ut agere digna memoratu pronum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione^{h)} bonae tantum conscientiae pretio ducebatur. ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit: adeo virtutes isdem

P. CORNELIUS TACITUS

THE LIFE OF

JULIUS AGRICOLA

To hand down to posterity the works and ways of famous men was our fathers' custom: our age has not yet abandoned it even now, indifferent though it be to its own children, whenever, at least, some great and notable virtue has dominated and overpowered the vice common alike to small states and great—misapprehension of integrity and jealousy.

But in our fathers' times, just as the doing of deeds worth recording was natural and more obvious, so also there was inducement then to the brightest spirits to publish such records of virtue. Partisanship was not the motive or ambition: a good conscience was its own reward; nay, many men even counted it not presumption, but self-respect, to narrate their own lives. A Rutilius, a Scaurus, could do so without falling short of belief¹ or provoking a

¹ This is the Latin idiom; but the meaning would be conveyed more naturally to our idiom by the converse metaphor "without overdrawn his credit": *ultra fidem* instead of *citra*.

TACITVS

temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. at nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus, tam saeva et infesta virtutibus tempora.

- 2 Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Senecioni Herennio ¹ Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. scilicet illo igne vocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio. memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere.
- 3 Nunc demum redit animus; set quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res

¹ Herennio Senecioni, *MSS., F., H.* Vide Appendix I.

AGRICOLA

sneer ; so true is it that virtues are best appreciated in those ages which most readily give them birth ; but to-day, even though the man whose life I am about to write is already gone, I ought to have craved an indulgence which I should not have needed, had invective been my purpose ; so harsh is the spirit of our age, so cynical towards virtue.

It is recorded that when Rusticus Arulenus¹ extolled Thræsea Paetus, when Herennius Senecio extolled Helvidius Priscus, their praise became a capital offence, so that persecution fell not merely on the authors themselves but on the very books : to the public hangman, in fact, was given the task of burning in the courtyard of the Forum the memorials of our noblest characters.

They imagined, no doubt, that in those flames disappeared the voice of the people, the liberty of the Senate, the conscience of mankind ; especially as the votaries of Philosophy also were expelled, and all liberal culture exiled, in order that nowhere might anything of good report present itself to men's eyes.

Assuredly we have furnished a signal proof of our submissiveness ; and even as former generations witnessed the utmost excesses of liberty, so have we the extremes of slavery ; wherein our "Inquisitors"² have deprived us even of the give and take of conversation. We should have lost memory itself as well as voice, had forgetfulness been as easy as silence.

Now at last heart is coming back to us : from the first, from the very outset of this happy age, Nerva

¹ Tacitus transposes the *praenomen* (or *nomen*) and the *cognomen* in these cases, as also in ch. 45; *vide* Appendix I. p. 335.

² The *delatores*, informers, who reported to Domitian all slighting references real or imagined.

TACITVS

olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem temporum Nerva Traianus, nec spem modo ac votum securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur adsumpserit, natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala; et ut corpora nostra lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia postremo amatur. quid? si per quindecim annos, grande mortalis aevi spatium, multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitia principis interciderunt, pauci, ut ita dixerim, non modo aliorum sed etiam nostri superstites sumus, exemptis e media vita tot annis, quibus iuvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium venimus. non tamen pigebit vel incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse. hic interim liber honori Agricolae soceri mei destinatus, professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.

- 4 Gnaeus Iulius Agricola, vetere et inlustri Foroiulensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. pater

AGRICOLA

has united things long incompatible, Empire and liberty; Trajan is increasing daily the happiness of the times; and public confidence has not merely learned to hope and pray, but has received security for the fulfilment of its prayers and even the substance thereof. Though it is true that from the nature of human frailty cure operates more slowly than disease, and as the body itself is slow to grow and quick to decay, so also it is easier to damp men's spirits and their enthusiasm than to revive them: nay, listlessness itself has a certain subtle charm, and the languor we hate at first we learn to love: what else were possible? For the term of fifteen years, a large space in human life, chance and change have been cutting off many among us; others, and the most energetic, have perished by the Emperor's ferocity; while the few who remain have outlived not merely their neighbours but, so to say, themselves; for out of their prime have been blotted fifteen years, during which mature men reached old age and old men the very bounds almost of decrepitude, and all without opening their lips.

But after all I shall not regret the task of recording our former slavery and testifying to our present blessings, albeit with unpractised and stammering tongue. As an instalment of that work¹ this book is dedicated to the vindication of my father-in-law Agricola: its plea of filial duty will commend or, at least, excuse it.

Gnaeus Julius Agricola was a scion of the ancient and illustrious Roman colony of Forum Julii: each of his grandfathers was "Procurator of Caesar," an

¹ The *Agricola* is not merely the work of Tacitus' prentice hand, but is also an instalment towards his *Histories* and *Annals*.

TACITVS

illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritis: namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. mater Iulia Procilla fuit, raris castitatis. in huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adulescentiamque transegit. arcebat eum ab inlecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset. scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat. mox mitigavit ratio et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, [ex sapientia modum.]

- 5 Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, adprobavit, electus quem contubernio aestimaret. nec Agricola licenter, more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt,
- 174

AGRICOLA

office which involves the superior order of knight-hood. His father, Julius Graecinus, reached the rank of Senator and was noted for his interest in rhetoric and philosophy : the same virtues earned for him the hatred of Gaius Caesar ; in fact, he received orders to accuse Marcus Silanus, and, refusing, was put to death. His mother was Julia Procilla, a woman of rare virtue. From her fond bosom he imbibed his education : his boyhood and youth he passed in the pursuit of all liberal accomplishments ; he was shielded from the snares of sinners not merely by his own loyal and upright nature but because from the outset of his childhood the habitation and the *alma mater* of his studies was Massilia, a blend and happy combination of Greek refinement and provincial simplicity. I remember how he used himself to tell that in early life he was inclined to drink more deeply of philosophy than is permitted to a Roman Senator,¹ had not his mother's discretion imposed a check upon his enkindled and glowing imagination : no doubt his soaring and ambitious temper craved the pomp and circumstance of high and exalted ideals with more ardour than prudence. Soon came reason and years to cool his blood : he achieved the rarest of feats ; he was a student, yet preserved his balance.

His apprenticeship to war was in Britain, where he commended himself to Suetonius Paulinus, a careful and sound general, being, in fact, selected by him for the test involved in the sharing of military quarters. Agricola was neither casual, after the manner of young men who turn soldiering into foolishness, nor yet

¹ The Roman noble was not wholly unworthy of those later aristocrats of whom their leader said : " They speak but one language, and never open a book."

TACITVS

neque segniter ad voluptates et commeatus titulum tribunatus et inscitiam rettulit: sed noscere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi optimos, nihil adpetere in iactationem, nihil ob formidinem recusare simulque et anxius et intentus agere. non sane alias exercitatio magisque in ambiguo Britannia fuit: trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus; tum de salute, mox de victoria certavere. quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur ac summa rerum et reciperatae provinciae gloria in duces cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio nec minus periculum ex magna fama quam ex mala.

- 6 Hinc ad capessendos magistratus in urbem digressus Domitiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit; idque matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. vixeruntque mira concordia, per mutuam caritatem et in vicem se anteponendo, nisi quod in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpa est. sors quaesturae provinciam Asiam, pro consule Salvium Titianum dedit, quorum neutro corruptus est, quamquam et provincia dives ac parata

AGRICOLA

indolent. He did not trade upon his tribune's commission and his inexperience to get pleasures and furloughs; rather he proceeded to know the province, and to make himself known to the army, to learn from the experts, to follow the best men, to aspire to nothing in bravado, yet to shrink from nothing in fear, to behave as one at once anxious and yet eager. Certainly at no time was Britain more agitated, nor its fate more critical: veterans were butchered, Roman colonies burned,¹ armies cut off from their base; one day men fought for their lives and on the next day for triumph—all of which things, though the strategy and generalship which handled them were another's, and though the supreme glory of achievement and of recovering the province fell to the general, yet furnished science, experience, and incentives to the subaltern. There entered his heart a desire for that military distinction which was unwelcome to an age which cast an evil eye over eminence, wherein good report was as perilous as bad.

From this field he passed on to the city to take up office; there also he married Domitia Decidiana, a woman of high lineage. The marriage proved at once a distinction and a strength to him in his upward path; their life was singularly harmonious, thanks to mutual affection and alternate self-sacrifice; though, indeed, a good wife has the greater glory in proportion as a bad wife is the more to blame.

The allotment of quaestorships brought him Asia for his province, and Salvius Titianus for his proconsul; neither corrupted him; yet the province was

¹ Probably *Camulodunum* (Colchester) is meant. Other colonies existing at this time, or not long after, were *Glevum* (Gloucester), *Lindum* (Lincoln), and *Eboracum* (York).

TACITVS

peccantibus, et pro consule in omnem aviditatem pronus quantalibet facilitate redempturus esset mutuum dissimulationem mali. auctus est ibi filia, in subsidium simul et solacium; nam filium ante sublatum brevi amisit. mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ipsum etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. idem praeturae tenor et silentium; nec enim iurisdictio obvenerat. ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione effecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset.

- 7 Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius adfixit. nam classis Othoniana licenter vagadum Intimilium (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit, praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio adfectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est. initia principatus ac statum urbis Mucianus regebat, iuvene admodum Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. is

¹ *Sublatum* is technical. The father by taking up the newborn child acknowledges it as his own.

AGRICOLA

rich and an easy prey to the unscrupulous, and the proconsul, ready for every kind of rapacity, was prepared to show any and every indulgence in order to purchase mutual silence about wrongdoing. Here his family was increased by a daughter, to his advantage at once and his consolation, for the son he had already carried in his arms he had soon lost.¹

After this he passed in quiet and retirement the year intervening before his tribunate of the plebs, and not less the actual year of office. He read aright the reign of Nero, wherein to be passive was to be wise. His praetorship followed the same peaceful tenor; in fact, no administrative duties had fallen to his lot. As for the official games and the other vanities of office, in keeping them he kept a mean between cold reason and lavishness; on the one side he was far from extravagant, but at the same time fairly mindful of public opinion. Next, having been chosen by Galba to investigate the fate of gifts made to temples, his diligent inquiries brought it about that the state ceased at once to be conscious of having suffered from any second malefactor besides Nero.

The following year dealt a heavy blow to his peace of mind and to his home. For Otho's sailors, roaming at large with hostile intent, while gathering loot from Intimilium in Liguria, murdered Agricola's mother on her own estate, and plundered the estate itself and a large portion of his inheritance: whence the murder. Agricola, after starting to render the customary dues of filial affection, was overtaken by the news that Vespasian was in the field, and immediately passed over to his side.

The first steps of the new reign and the attitude of the city were directed by Mucianus, Domitian being still very young and snatching from his father's position

TACITVS

missum ad dilectus agendos Agricola integreque ac strenue versatum vicensimae legioni tarde ad sacramentum transgressae praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe legis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat, nec legatus praetorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio. ita successor simul et ultor electus rarissima moderatione maluit videri invenisse bonos quam fecisse.

- 8 Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est. temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit, ne increceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere. brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. habuerunt virtutes spatium exemplorum, sed primo Cerialis labores modo et discrimina, mox et gloriam communicabat: saepe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit. nec Agricola umquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem ac ducem/ut minister) fortunam referebat. ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam nec extra gloriam erat.

- 9 Revertentem ab legatione legionis divus Vespasianus inter patricos adscivit; ac deinde provinciae

AGRICOLA

only impunity to riot. Mucianus sent Agricola to levy soldiers, and when he had displayed both loyalty and energy he gave him the command of the Twentieth Legion, which had tardily transferred its allegiance. His predecessor, it was said, had been conducting himself mutinously. As a matter of fact, the legion had been too much even for consular governors, and had been a source of alarm; consequently, a mere regimental officer had no effective control. Whether this was due to his own or to his soldiers' character may be left open. Agricola accordingly was appointed to succeed and punish this officer; by his singular tact he made it appear that he had found the men loyal instead of making them so.

Vettius Bolanus was then in charge of Britain: his rule was milder than a high-spirited province requires. Agricola accordingly restrained his own energy and applied a check to his enthusiasm, in order that it might not grow too strong; he was trained to habits of deference, and skilful in tempering duty with expediency. A short time elapsed, and then Britain received Petilius Cerialis as its governor; and now Agricola's virtues found ample scope for display; but for the moment Cerialis gave him a share only of work and danger. Afterwards he shared distinction also: he often gave him a part of the army to command, to test him; sometimes on the strength of the issue he increased his forces; but Agricola never used his pride of achievement to his own credit. He traced his success to the responsible general whose agent he was: so by scrupulous obedience and modesty in self-advertisement he escaped envy without missing distinction.

When he returned from the command of his legion Vespasian of happy memory enrolled him a patrician,

TACITVS

Aquitaniae praeposuit, splendidae inprimis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat.

Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura et obtusior ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile iusteque agebat. } iam vero (tempora curarum remissionumque divisa : ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis intentus severus, et saepius misericors : ubi officio satis factum, nulla ultra potestatis persona ; [tristitiam et adrogantiam et avaritiam exuerat.] nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem aut severitas amorem deminuit. integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit. ne famam quidem, cui saepe etiam boni indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit : procul ab aemulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores et vincere in glorium et atteri sordidum arbitrabatur. minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. haud semper errat

182

AGRICOLA

and then placed him in charge of the province of Aquitania, a post of signal distinction both from the functions involved therein, and from the promise of the consulship to which it pointed.

The world imagines that the soldier lacks astuteness because he governs his camp with a light heart and a certain blunt high-handedness, and does not develop the cunning of the lawyer. Agricola, thanks to his native shrewdness, though surrounded with civilians, administered without friction, yet without sacrifice of justice. Further, the distinctions of office-hours and off-duty were carefully observed. When the decisions of the council-chamber demanded he was serious, keen, strict, yet generally merciful; when he had fulfilled the demands of office he dropped the official mask: reserve, pompousness, and greed he put away from him; and yet in his case, the rarest of cases, neither did amiability impair authority nor strictness affection. It would be an insult to the qualities of a man so great to dwell here upon his probity and self-control. Fame itself, which even good men often court, he never sought by parading his virtues or by artifice; incapable of rivalry among his colleagues, incapable of wrangling with the Imperial Agents, he counted it inglorious to succeed in such fields, and contemptible to let himself feel sore.

He was detained for less than three years in Aquitania to govern it, and was then recalled with the immediate prospect of the consulship. There accompanied his recall the rumour that Britain was being offered to him for his province, not because any word from him contributed thereto, but simply because he was judged competent. Rumour is not always wrong; sometimes it even chooses the winner.

TACITVS

fama ; aliquando et elegit. consul egregiae tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit, et statim Britanniae praepositus est, adiecto pontificatus sacerdotio.

10. Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos non in comparationem curae ingeniive referam, sed quia tum primum perdomita est : ita quae priores nondum comperta eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum quas Romana notitia complectitur maxima, spatio ac caelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem etiam inspicitur ; septentrionalia eius, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores oblongae scutulæ vel bipenni adsimulavere. et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universam fama ; sed transgressis¹ inmensum et enorme spatium procurrentium extremo iam litore

¹ fama ; sed transgressis, *F.* ; fama est transgressa, sed, *H.*

AGRICOLA

The consul betrothed his daughter, already a girl of great promise, to me, then in my youth. On the conclusion of his office he placed her hand in mine, and immediately afterwards was gazetted to Britain, the ~~priestly office of pontiff~~ accompanying this promotion.

The geographical position of Britain and the races which inhabit it have been recorded by many writers : if I record them it is not to challenge comparison in the matter of accuracy or talent, but because it was Agricola who first thoroughly subdued it : accordingly, where earlier writers embroidered with rhetoric a theme still legendary, there will be found only a faithful narration of facts.

Britain is the largest island known to Romans : in the matter of site and aspect it faces Germany on the east, Spain on the west ;¹ on the south it is actually within sight of Gaul ; its northern shores alone have no lands confronting them, but are beaten by the wastes of open sea. Livy and Fabius Rusticus, the most graphic of ancient and modern writers respectively, have likened the shape of Britain as a whole to an oblong shield² or to a double-axe. This is in fact its shape up to the borders of Caledonia,³ whence also this idea has been extended to the whole ; but when you cross the border the land stretches out at once in boundless and vast extent from the actual neck, and only after-

¹ *Vide* Introduction, p. 155.

² *Scutula* is generally distinguished from *scutulum*, a shield, but its meaning is quite uncertain, and Tacitus' idea of Great Britain (up to the Clyde and Forth) comes sufficiently close to that of an oblong shield to let the translation pass for want of a better.

³ Up to the isthmus of the Clyde and Forth.

TACITVS

terrarum velut in cuneum tenuatur. hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit, ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. dispecta est et Thule, quia hactenus iussum: et hiems adpetebat. sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem perinde at-
tollitur, credo quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. naturam Oceani atque aestus neque quaerere huius operis est, ac multi rettulere: unum addiderim, nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus adescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, et iugis etiam ac montibus inseri velut in suo.

- 11 Ceterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros parum compertum. habitus corporum varii atque ex eo argumenta. namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant;

AGRICOLA

wards tapers into the tapering end of a wedge.¹ It was only under Agricola that the Roman fleet for the first time rounded this coast, the coast of the uttermost sea, and pronounced the insularity of Britain: by the same voyage it discovered the islands called Orcades, up to that time unknown, and conquered them. The shores of Thule even were descried, their instructions taking them only so far: besides, winter was approaching: however, they brought the report that the sea was sluggish and heavy to the oar and comparatively torpid even to the wind—I presume because land and mountain, the cause and occasion of storms, are fewer and further between, and because the deep mass of uninterrupted water is slower to be set in motion.² The character and tides of the ocean it is beyond the function of this work to investigate, and many have recorded them. I would add but a single word, that nowhere has the sea more potent influence: it gives to many of the rivers a tidal character; nor merely do the incoming tides wash the shores and ebb again, but penetrate the land deeply and invest it, and even steal into the heart of hills and mountains as though into their native element.

Be this as it may, what race of mortal birth inhabited Britain originally, whether native to the soil or later comers, is a question which, as one would expect among barbarous people, has never received attention. The physique of the people presents many varieties, whence inferences are drawn: the red hair and the large limbs of the inhabitants of Caledonia proclaim their German origin; the swarthy faces of

¹ *Vide* Introduction, pp. 155-6.

² *Vide Germania*, ch. 45, for a similar picture of northern seas.

TACITVS

Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos veteres traiecisse easque sedes occupasse fidem faciunt; proximi Gallis et similes sunt, seu durante originis vi, seu procurrentibus in diversa terris / positio caeli corporibus habitum dedit. in universum tamen aestimanti Gallos vicinam insulam occupasse credibile est. eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasiones¹; sermo haud multum diversus, in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere, in detrecandis eadem formido. plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus; mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate. quod Britannorum olim victis evenit: ceteri manent quales Galli fuerunt.

12 In pedite robur; quaedam nationes et curru proeliantur. honestior auriga, clientes propugnant. olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis distrahuntur. nec aliud adversus validissimas } gentis pro nobis utilius quam quod in commune non consulunt. rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita singuli pugnant, universi vincuntur. caelum crebris

¹ persuasiones, *F.*; persuasione, *H.*

^a The traces of Spanish blood in Cornwall, Wales, and Ireland have been often noticed by historians and sometimes ascribed to much later dates: even to the Armada, for instance.

AGRICOLA

the Silures, the curly quality, in general, of their hair, and the position of Spain opposite their shores, attest the passage of Iberians in old days and the occupation by them of these districts; those peoples, again, who adjoin Gaul are also like Gauls, whether because the influence of heredity persists, or because when two lands converge till they face each other the climatic condition stamps a certain physique on the human body; but, taking a broad view of the case, we can readily believe that the Gauls took possession of the adjacent island. You will surprise there celebrations of Gallic ceremonies and faith in Gallic superstitions; the language is not very different; there is the same recklessness in courting danger, and, when it comes, the same anxiety to escape it; but the Britons display a higher spirit, not having been emasculated by long years of peace. The Gauls also, according to history, once shone in war: afterwards indolence made its appearance hand in hand with peace, and courage and liberty have been lost together. This has happened to such of the Britons as were conquered long ago: the rest remain what the Gauls once were.

Their strength lies in their infantry; but certain tribes also fight from chariots: the driver has the place of honour, the combatants are mere retainers. Originally the people were subject to kings: now they are distracted with parties and party spirit through the influence of chieftains; nor indeed have we any weapon against the stronger races more effective than this, that they have no common purpose: rarely will two or three states confer to repulse a common danger; accordingly they fight individually and are collectively conquered. The sky is overcast

TACITVS

imbribus ac nebulis foedum ; asperitas frigorum abest. dierum spatia ultra nostri orbis mensuram ; nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire adfirmant. scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque caelum et sidera nox cadit.

Solum praeter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta patiens frugum, fecundum : tarde mitescunt, cito proveniunt ; eademque utriusque rei causa, multus umor terrarum caelique. fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. quidam artem abesse legentibus arbitrantur ; nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli, in Britannia, prout expulsa sint, colligi : ego facilius crediderim naturam margaritis deesse quam nobis avaritiam.

- 13 Ipsi Britanni dilectum ac tributa et iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuriae absint : has aegre tolerant, iam domiti ut pareant, nondum ut serviant. igitur primus omnium Romanorum divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam

AGRICOLA

with continual rain and cloud, but the cold is not severe. The duration of daylight is beyond the measure of our zone: the nights are clear and, in the distant parts of Britain, short, so that there is but a brief space separating the evening and the morning twilight. If there be no clouds to hinder, the sun's brilliance — they maintain — is visible throughout the night: it neither sets nor rises, but simply passes over. That is to say, the flat extremities of earth with their low shadows do not permit the darkness to mount high, and nightfall never reaches the sky or the stars.¹

The soil, except for the olive and the vine and the other fruits usual in warmer lands, permits and is even prolific of crops: they ripen slowly, but are quick to sprout—in each case for the same reason, the abundant moisture of the soil and sky. Britain produces gold and silver and other metals: conquest is worth while. Their sea also produces pearls, but somewhat clouded and leaden-hued. Some people suppose that their pearl-fishers lack skill; in the Red Sea we are to imagine them torn alive and still breathing from the shell, while in Britain they are gathered only when thrown up on shore: for myself I could more readily believe that quality was lacking in the pearls than greed in Romans.

As for the people themselves, they discharge energetically the levies and tributes and imperial obligations imposed upon them, provided always there be no wrongdoing. They are restive under wrong: for their subjection, while complete enough to involve obedience, does not involve slavery. It was, in fact, Julius of happy memory who first of all Romans entered Britain with an army: he overawed

¹ *Vide* Introduction, p. 154.

TACITVS

prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse; mox bella civilia et in rem publicam versa principum arma, ac longa oblivio Britanniae etiam in pace: consilium id divus Augustus vocabat, Tiberius praeceptum.

Agitasse Gaium Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio mobili paenitentiae, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. divus Claudius auctor iterati operis, transvectis legionibus auxiliisque et adsumpto in partem rerum Vespasiano, quod initium venturae mox fortunae fuit: domitae gentes, capti reges et monstratus fatis Vespasianus.

- 14 Consularium primus Aulus Plautius praepositus ac subinde Ostorius Scapula, uterque bello egregius: redactaque paulatim in formam provinciae proxima pars Britanniae; addita insuper veteranorum colonia. quaedam civitates Cogidumno regi donatae (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit), vetere ac iam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis et reges,) mox Didius Gallus parta a prioribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promotis, per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius excepit, isque intra annum extinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio prosperas res habuit, subactis

AGRICOLA

the natives by a successful battle and made himself master of the coast ; but it may be supposed that he rather discovered the island for his descendants than bequeathed it to them. Soon came the civil war, and the arms of Rome's chiefs were turned against the state, and there was a long forgetfulness of Britain, even after peace came. Augustus of happy memory called this "policy"; Tiberius called it "precedent."

That Gaius Caesar debated an invasion of Britain is well known ; but his sensitiveness was quick to repent : besides, his vast designs against Germany had failed. Claudius of happy memory was responsible for renewing the task : legions and auxiliary troops were despatched across the Channel, and Vespasian was taken into partnership—the first step of the fame soon to come to him : tribes were conquered, kings captured, and Vespasian introduced to Destiny.¹

The first consular governor to be placed in command of Britain was Aulus Plautius : soon after came Ostorius Scapula, both distinguished soldiers. The nearest portion of Britain was reduced little by little to the condition of a province : a colony of veterans was also planted : certain states were handed over to King Cogidumnus—he has remained continuously loyal down to our own times—according to the old and long-received principle of Roman policy, which employs kings among the instruments of servitude.

Next Didius Gallus maintained the ground gained by his predecessors, and pushed forward a few forts into remoter districts in order to extend his name and sphere of influence. Didius was followed by Veranius, who died within the year. Suetonius Paulinus after him had two successful years, reducing the tribes and

¹ I prefer to take *fatis* here as a dative.

TACITVS

nationibus firmatisque praesidiis; quorum fiducia Monam insulam ut vires rebellibus ministrantem adgressus terga occasione patefecit.

- 15 Namque absentia legati remoto metu Britannii agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: nihil profici patientia nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. (singulos sibi olim reges fuisse) nunc binos imponi, e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona saeviret. aequae discordiam praepositorum, aequae concordiam subiectis exitiosam. alterius manum centuriones, alterius servos vim et contumelias miscere. nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. in proelio fortiores esse qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi dilectus, tamquam mori tantum pro patria nescientibus. quantulum enim transisse militum, si sese Britannii numerent? sic Germanias excussisse iugum: et flumine, non Oceano defendi. sibi patriam coniuges parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse. recessuros, ut divus Iulius recessisset, modo virtutem maiorum suorum aemularentur. neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent: plus impetus, maiorem ¹ constantiam penes miseros esse. iam Britannorum etiam deos misereri, qui Romanum ducem

¹ plus impetus, maiorem, F.; plus impetus ^{salicibus} integris, maiorem, H.

AGRICOLA

strengthening the garrisons: presuming upon which success, he assailed the island of Mona, a rallying-point of rebellion, and so left his rear open to attack.

For with fear banished and the governor absent the Britons began to canvass the woes of servitude, to compare their wrongs and inflame their significance. Nothing is gained by submission, they argued, except that heavier commands are laid on willing sufferers: in the old days they had had a king apiece; now two kings apiece are foisted on them—a governor to riot in bloodshed, an Imperial Agent to work havoc on property. The dissensions or the unanimity of the twin rulers are equally fatal to their subjects: the myrmidons of the one ruler or the other, sergeants or slaves, deal violence alike and insult: nothing is beyond the reach of their avarice or their lust. On the battlefield it is the braver man who plunders his foe; but under present circumstances it is largely unwarlike cowards who are stealing their homes, abducting their children, demanding levies from them; as though they can die in any cause except their country's. The soldiers who have crossed the Channel are but a handful, if the Britons count their own numbers: this had the peoples of Germany done, and had shaken off the yoke, and yet *they* had only a river to defend them, not the ocean. They had their country to fight for, their wives, their parents: the enemy were fighting only for greed and riotous living; they would draw back, as Julius (of happy memory) had drawn back, if Britons would but emulate the valour of their fathers; nor should they be cowed by the issue of one or two battles: a fiercer fury, a higher constancy were the prerogatives of misery. At last Heaven itself was taking pity on Britain: it was keeping the Roman general at a

TACITVS

absentem, qui relegatum in alia insula exercitum detinerent; iam ipsos, quod difficillimum fuerit, deliberare. porro in eius modi consiliis periculosius esse deprehendi quam audere.

- 16 His atque talibus in vicem instincti, Boudicca generis regii femina duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum; ac sparsos per castella milites consecrati, expugnatis praesidiis ipsam coloniam invasere ut sedem servitutis, nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria. quod nisi Paulinus cognito provinciae motu propere subvenisset, amissa Britannia foret; quam unius proelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et proprius¹ ex legato timor agitabat, nequamquam egregius cetera adroganter in deditos et ut suae cuiusque iniuriae ultor durius consuleret. missus igitur Petronius Turpilianus tamquam exorabilior et delictis hostium novus eoque paenitentiae mitior, compositis prioribus nihil ultra ausus Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. didicere iam barbari quoque ignoscere vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem:

¹ proprius, *Rhenanus*; propius, *MSS.*

AGRICOLA

distance, and his army in the seclusion of another island : already on their side they had taken the step which was most difficult to take—they had opened the question for debate ; and surely in such debates detection was more dangerous than daring.

Inspiring each other with these and similar arguments, the whole nation took up arms, under the command of Boadicea, a woman of the ruling house—they recognise no distinction of sex among their rulers—and after pursuing the soldiers scattered among the Roman forts and capturing the garrisons, they invaded the colony itself, as the local centre of servitude : no sort of barbarian cruelty was overlooked in the hour of victory and vengeance. Had not Paulinus learned of the stir in the province, and come hastily to the rescue, Britain would have been lost. The fortunes of a single battle restored it to its ancient submissiveness ; for the most part only those remained under arms who were disquieted by a guilty sense of rebellion and a personal terror of the governor ; they feared lest, for all his virtues, he should take high-handed measures against such as surrendered, and avenge harshly every wrong done as an individual wrong to himself.

Accordingly Petronius Turpilianus was sent to the province as less inflexible ; a novice in handling the crimes of an enemy, he would be in proportion soft-hearted to their penitence. He arranged the outstanding difficulties, but, without venturing on any further action, handed over the province to Trebellius Maximus. Trebellius was less energetic, had no military experience, and kept the province in hand by a certain vigilant courtesy. Even the barbarians now learned to indulge pleasant vices, and the interruption

TACITVS

sed discordia laboratum, cum adsuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira indecorus atque humilis, precario mox praefuit, ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem, et seditio sine sanguine stetit. nec Vettius * Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina : eadem inertia erga hostis, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

17 Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantium civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, adgressus. multa proelia, et aliquando non incruenta; magnamque Brigantium partem aut victoria amplexus est aut bello. et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset : sustinuit molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

18 Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit, cum et
198

AGRICOLA

of civil war afforded a sound excuse for his inaction; but there was mutiny and trouble when the army, accustomed to the field, became riotous and idle. Trebellius, after eluding the violence of the soldiery by escaping to a hiding-place, soon regained, at the cost of shame and humiliation, a precarious authority. They arranged between them, so to speak, that the army should enjoy itself, but should spare its general's life; so the mutiny cost no blood.

Nor did Vettius Bolanus either, so long as the civil war continued, distress Britain with discipline; there was the same inaction in the field, the same rioting in camp, except that Bolanus, who was inoffensive and had done nothing to earn hatred, possessed the esteem, if not the obedience, of his men.

But when Britain with the rest of the world was recovered by Vespasian, generals became great, armies excellent, and the enemy's hopes languished. And Petilius Cerialis at once struck terror into their hearts by invading the commonwealth of the Brigantes, which is said to be the most numerous tribe of the whole province: many battles were fought, sometimes bloody battles, and by virtue of his victories or by dint of actual fighting he drew within his toils a large portion of the Brigantes.

Cerialis, indeed, would have eclipsed the vigilance or the credit of any other successor; but Julius Frontinus was a great man, and so far as was humanly possible sustained the burden cast on him: his arms reduced the Silures, a powerful and warlike race; he surmounted not only the valour of the enemy but also the physical difficulties of their land.

Such was the condition in Britain, such the alternations of war and peace which Agricola found when he crossed thither in the middle of summer. The

TACITVS

milites, velut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur. Ordovicum civitas haud multo ante adventum eius alam in finibus suis agentem prope universam obtriverat, eoque initio erecta provincia. et quibus bellum volentibus erat, probare exemplum ac recentis legati animum operiri, cum Agricola, quamquam transvecta aetas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies, tarda et contraria bellum inchoaturo, et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, ire obviam discrimini statuit; contractisque legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. caesaque prope universa gente, non ignarus instandum famae ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore, Monam insulam, a cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. sed ut in subitis consiliis naves deerant: ratio et constantia ducis transvexit. depositis omnibus sarcinis lectissimos auxiliarium, quibus nota vada et patrius nandi usus quo simul

200

AGRICOLA

army was looking for an end of anxieties, campaigning being presumably over; the enemy for opportunity. The tribes of the Ordovices, shortly before his arrival, had crushed almost to a man the regiment of cavalry encamped among them; and this first stroke had excited the province. Those who wanted war were disposed to applaud the precedent, but on the other hand to wait and see the temper of the new governor.

As for Agricola, though the summer was over, though the different units were scattered through the province, though his soldiers had already laid aside service for that year—all factors of delay and hindrance if he was to begin fighting—and although the balance of opinion was in favour of merely watching suspicious movements, he decided to confront the danger. He gathered the detachments of the several legions and a moderate force of native auxiliaries, and then, when the Ordovices did not venture to descend from the hills, led his army to the uplands, himself marching in the van in order that the rest might find equal spirit for similar peril. He almost exterminated the whole tribe: then, recognising the necessity of confirming first impressions, knowing that he depended upon the issue of his first campaign to terrorise the enemy for the future, he determined to reduce the island of Mona, from the capture of which, as I have before recorded, Paulinus had been recalled by the general rebellion in Britain. His plans had been hastily formed and ships were not at hand; yet the resourcefulness and determination of the general bridged the straits. For after unloading all the baggage he picked a body of native auxiliaries who knew the fords, and had that facility in swimming which belongs to their nation, and by means of which they can control simul-

TACITVS

seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui navis, qui mare expectabant, nihil arduum aut invictam crediderint sic ad bellum venientibus; ita petita pace ac dedita insula clarus ac magnus haberi Agricola, quippe cui ingredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem et officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisset. nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse; ne laureatis quidem gesta prosecutus est, sed ipsa dissimulatione famae famam auxit, aestimantibus quanta futuri spe tam magna tacuisset.

- 19 Ceterum animorum provinciae prudens, simulque doctus per aliena experimenta parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excedere. a se suisque orsus primum domum suam coërcuit, quod plerisque haud minus arduum est quam provinciam regere. nihil per libertos servosque publicae rei, non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire, sed optimum quemque fidissimum putare. omnia scire, non omnia

AGRICOLA

taneously their own movements, their weapons, and their horses: he then launched them upon the enemy so suddenly that the astonished islanders, who looked for fleets of ships upon the sea,¹ promptly came to the conclusion that nothing was hard and nothing invincible to men who fought in this fashion. Accordingly they petitioned for peace and surrendered the island; and Agricola began to be regarded as a brilliant and a great man.

At his entry into the province, at the time, that is, which others spend in advertisement and in a round of functions,² he had chosen hard work and peril; nor even now did he turn his success to boastfulness, or write about campaigns and victories, because he had held down a conquered people: he did not even follow up his achievement by affixing laurels to his despatches; yet his very deprecation of glory increased his glory for eyes which could divine how much the future must contain for one who made light of such a past.

Be that as it may, Agricola was heedful of the temper of the provincials, and took to heart the lesson which the experience of others suggested, that little was accomplished by force if injustice followed. He decided therefore to cut away at the root the causes of war. He began with himself and his own people: he put in order his own house, a task not less difficult for most governors than the government of a province. He transacted no public business through freedmen or slaves: he admitted no officer or private to his staff from private feeling, or private recommendation, or entreaty: he gave his confidence only to the best. He made it his business

¹ *Vide* Introduction, p. 159.

² Generally translated "in the courting of flattery," but—

TACITVS

exsequi. parvis peccatis veniam, magnis ^{dat.} severitatem commodare; nec poena semper, sed saepius paenitentia contentus esse; officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare cum peccassent. frumenti et tributorum exactionem aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur. namque per ludibrium adsidere clausis horreis et emere ultro frumenta ac † luere¹ pretio cogebantur. devortia itinerum et longinquitas regionum indicabatur, ut civitates proximis² hibernis in remota et avia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat paucis lucrosum fieret.

- 20 Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae vel incuria vel intolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. sed ubi aestas advenit, contracto exercitu multus in agmine, laudare modestiam, disiectos coërcere; loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetemptare; et nihil interim apud hostis quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur;

¹ luere, *Wex*; ludere, *MSS., F., H.*

² civitates proximis, *F.*; civitates pro proximis, *H.*

AGRICOLA

to know everything; if not, always, to follow up his knowledge: he turned an indulgent ear to small offences, yet was strict to offences that were serious: he was satisfied generally with penitence instead of punishment: to all offices and services he preferred to advance the men not likely to offend rather than to condemn them after offences.

Demands for grain and tribute he made less burdensome by equalising his imposts: he cut off every charge invented only as a means of plunder, and therefore more grievous to be borne than the tribute itself. As a matter of fact, the natives used to be compelled to go through the farce of dancing attendance at locked granaries, buying grain to be returned,¹ and so redeeming their obligations at a price: places off the road or distant districts were named in the governor's proclamations, so that the tribes with winter quarters close at hand delivered at a distance and across country, and ultimately a task easy for every one became a means of profit to a few.

By repressing these evils at once in his first year he cast a halo over such days of peace as the carelessness or harshness of previous governors had made not less dreadful than war. But when summer came he gathered his army and was constantly on the march, commending discipline, curbing stragglers: he chose himself the camping-ground: he was the first himself to explore estuaries and forests: meanwhile he gave the enemy no peace from the devastations of

¹ *Ultero* = grain which they did not want and did not actually receive, but for which they paid, and then left it in the granary as part of their tribute to Rome: they could not even contribute their own grain for the purpose, because the places fixed for receiving it were selected for their inaccessibility.

TACITVS

atque ubi satis terruerat, parcendo rursus invitamenta pacis ostentare. quibus rebus multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae sunt ¹ tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars *pariter* ~~in~~ accessita transierit.

21 Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta. namque ut homines dispersi ac rudes eoque in bella faciles quieti et otio per voluptates adsuescerent, hortari privatim, adiuuare publice, ut templa fora domos extruerent, laudando promptos et castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat. iam vero principum filios liberalibus artibus erudire, et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. inde etiam habitus nostri honor et frequens toga. paulatimque descensum ad delinimenta vitiorum, porticus et balinea et conuiviorum elegantiam. idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars servitutis esset.

22 Tertius expeditionum annus novas gentis aperuit, vastatis usque ad Tanaum (aestuario nomen est)

¹ circumdatae sunt, *F.* ; circumdatae, *H.*

AGRICOLA

sudden raids: conversely by his clemency, after he had overawed them sufficiently, he paraded before them the attractions of peace. By these means many states which up to that time had dealt with Rome on even terms were induced to give hostages and abandon their hostility: they were then so carefully and skilfully surrounded with Roman garrisons and forts that no newly acquired district ever before passed over to Rome with so little interference from the neighbours.

The winter which followed was spent in the prosecution of sound measures. In order that a population scattered and uncivilised, and proportionately ready for war, might be habituated by comfort to peace and quiet, he would exhort individuals, assist communities, to erect temples, market-places, houses: he praised the energetic, rebuked the indolent, and the rivalry for his compliments took the place of coercion. Moreover he began to train the sons of the chieftains in a liberal education, and to give a preference to the native talents of the Briton as against the plodding Gaul. As a result, the nation which used to reject the Latin language began to aspire to rhetoric: further, the wearing of our dress became a distinction, and the toga came into fashion, and little by little the Britons were seduced into alluring vices: to the lounge, the bath, the well-appointed dinner table. The simple natives gave the name of "culture" to this factor of their slavery.

The third year of campaigning brought new tribes before the curtain: the natives were harried as far north as the estuary of the Tanaus.¹ Overawed by

¹ This cannot be identified: the Tay, the Forth, the Tweed, the North Tyne, and on the other side the Solway Firth and the Clyde, have been suggested.

TACITVS

nationibus. qua formidine territi hostes quamquam conflictatum saevis tempestatibus exercitum lacessere non ausi; ponendisque insuper castellis spatium fuit. adnotabant periti non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse; nullum ab Agricola positum castellum aut vi hostium expugnatum aut pactione ac fuga desertum; nam adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur. ita intrepida ibi hiems, crebrae eruptiones et sibi quisque praesidio, irritis hostibus eoque desperantibus, quia soliti plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare tum aestate atque hieme iuxta pellebantur. nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercept: seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat. apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur, ut erat comis¹ bonis, ita adversus malos iniucundus. ceterum ex iracundia nihil supererat secretum, ut silentium eius non timeres: honestius putabat offendere quam odisse.

- 23 Quarta aestas obtinendis quae percucurrerat insumpta; ac si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, inventus in ipsa Britannia terminus. namque Clota et Bodotria diversi maris aestibus per immensum revectae, angusto terrarum spatio dirimuntur: quod tum praesidiis firmabatur atque omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus.

¹ narrabatur ut erat comis, *P.*; narrabatur, et erat comis, *H.*
• 208

AGRICOLA

the terror thereof, the enemy did not venture to annoy our army, though it suffered from shocking weather: time was found also for the planting of forts. Experts noted that no other general selected more shrewdly the advantages of site: no fort planted by Agricola was carried by storm by the enemy, or abandoned by arrangement and flight: as for a protracted siege, against this they were secured by supplies for twelve months. Accordingly winter was shorn of its fears and sallies were frequent: each commander could protect himself, whilst the enemy were helpless and therefore despaired. They had been accustomed in most places to weigh the "incidents" of winter against the summer's losses; but now they were repelled summer and winter alike.

Yet Agricola was never grasping to embezzle the achievements of others: the other, whether regular officer or officer of irregulars, found in him an honest witness to his feats. Some there were who described him as too sharp-tongued in censure: as gracious to the worthy, but proportionately unpleasant to the undeserving. However it be, his anger left no secret sediment behind it, and no man had cause to fear his silence: he thought it more honourable to hurt than to hate.

The fourth summer was spent in securing the ground hastily traversed, and, if only the ardour of the army and the glory of Rome had allowed it, he would have found within the limits of Britain itself a frontier; for Clota and Bodotria, which stand far back on the tidal waters of opposite seas, are separated by but a narrow distance: this space was fortified during this summer by Roman garrisons, and the whole sweep of country to the south secured, the enemy being pushed back into a separate island, so to speak.

24 Quinto expeditionum anno nave prima transgressus ignotas ad id tempus gentis crebris simul ac prosperis proeliis domuit; eamque partem Britanniae quae Hiberniam aspicit copiis instruxit, in spem magis quam ob formidinem, si quidem Hibernia medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallicó quoque mari opportuna valentissimam imperii partem magnis in vicem usibus miscuerit. spatium eius, si Britanniae comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt: melius aditus¹ portusque per commercia et negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat. saepe ex eo audiui legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse; idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma et velut e conspectu libertas tolleretur.

¹ differunt: melius aditus, *Rhenanus, Bärhens*; differunt: in * * * melius aditus, *F.*; differunt: interiora parum, melius aditus, *H.*; differt: in melius: aditus, *MSS.*

AGRICOLA

In the fifth year of campaigning he crossed in the first ship to make the passage,¹ and in repeated and successful battles reduced tribes up to that time unknown; he also manned with troops that part of the British coast which faces Hibernia, with a forward policy in view rather than to avert danger—on the chance, ~~that is,~~ that Hibernia, which lies between Britain and Hispania and also commands the Gallic Sea, might unite, to their mutual advantage, the most effective portions of our Empire.²

That island, compared with Britain, is of smaller dimensions, but it is larger than the islands of our own sea.³ In regard to soil, climate, and the character and ways of its inhabitants, it is not markedly different from Britain: we are better informed, thanks to the trade of merchants, about the approaches to the island and its harbours.⁴

Agricola had given shelter to one of the petty chieftains whom faction had driven from home, and under the cloak of friendship held him in reserve to be used as opportunity offered. I have often heard my father-in-law say that with one legion and a fair contingent of irregulars Hibernia could be overpowered and held, and that the feat would pay as against Britain also; for so Roman troops would be everywhere and liberty would sink, so to speak, below the horizon.

¹ *I.e.* (probably) directly navigation opened in the spring. The Latin does not explain whether Agricola crossed the Clyde to Argyllshire, or whether he crossed to Ireland itself. The balance of evidence is against Ireland.

² This can only mean Spain and Britain; but the description of them seems exaggerated, and the singular *valentissimam partem* is very strange.

³ The Mediterranean, *i.e.* generally, not merely the Tyrrhene Sea.

⁴ See Appendix II, p. 341.

TACITVS

25 Ceterum aestate, qua sextum officii annum inco-
habat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia
motus universarum ultra gentium et infesta hostibus
exercitus itinera timebantur, portus classe exploravit ;
quae ab Agricola primum adsumpta in partem virium
sequebatur egregia specie, cum simul terra, simul
mari bellum impelleretur, ac saepe isdem castris
pedes equesque et nauticus miles mixti copiis et
laetitia sua quisque facta, suos casus attollerent, ac
modo silvarum ac montium profunda, modo tempest-
tatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc
victus Oceanus militari iactantia compararentur.

Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa
classis obstupefaciebat, tamquam aperto maris sui
secreto ultimum victis perfugium clauderetur. ad
manus et arma conversi Caledoniam incolentes
populi, paratu magno, maiore fama, uti mos est de
ignotis, oppugnare ultro castella adorti, ^{metum} ut
provocantes addiderant; regrediendumque citra Bo-
dotriam et excedendum potius quam pellerentur
ignavi specie prudentium admonebant, cum interim
cognoscit hostis pluribus agminibus irrupturos. ac

¹ A.D. 83.

AGRICOLA

Be that as it may, in the summer in which he began his sixth year of office¹ he embraced in his operations the tribes beyond Bodotria: fearing a general movement on the part of all the tribes on the further side, and to guard against his army's march being beset with foes, he explored the harbours with his fleet. Agricola was the first to make it a factor in his resources, and its attendance added to the pomp and circumstance of his advance: the war was pushed by sea and land simultaneously, and often infantry, cavalry, and marines, gathering their exultant forces into a single camp, magnified their several feats, their several escapes: forest-depths and mountain-heights on the one side, the trials of tempests and of seas on the other; the conquest of the land and the foeman by these men, of the ocean by those—here were themes for comparison and for a soldier's boast.

The Britons, equally on their side, as was learned from prisoners, were amazed at the presence of the fleet: it seemed as though the secret places of their sea were being laid bare, and the last asylum barred against the vanquished.

The tribes of Caledonia hurried to take up arms: their forces were large and were reported larger, as happens usually when the enemy is unknown. They undertook, without waiting, to storm the Roman forts; the challenge made them formidable. Cowards wearing the mask of wisdom began to recommend that he retire south of Bodotria and leave the country rather than be put out of it. In the midst of all this he hears that the enemy are about to attack in several divisions: fearing to be surrounded, since they had the advantage both in numbers and in knowledge of the ground, he

TACITVS

ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tris partes exercitu incessit.

26 Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus irrupere. iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem; et propinqua luce fulsere signa. ita ancipiti malo territi Britanni; et Romanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant. ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsii hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur. quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

27 Cuius conscientia ac fama ferox exercitus nihil virtuti suae inivium et penetrandam Caledoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo proeliorum cursu fremebant. atque illi modo cauti ac sapientes prompti post eventum ac magniloqui erant. iniquissima haec bellorum condicio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. at Britanni non virtute *se*, sed occasione et arte ducis

214

AGRICOLA

divided his own army also into three parts and so advanced.

The enemy, learning this, suddenly changed their plans. They attacked by night with their combined forces the Ninth (and weakest) Legion : they cut down the pickets and burst in upon a scene of somnolent confusion. The fighting was in process in the very camp when Agricola, learning of the enemy's march from his scouts and following on their footsteps, launches the fleetest of his cavalry and infantry upon the flanks of the combatants, and backs them up with a shout along the whole line. Dawn was at hand, its gleam already on the Roman standards : the Britons were panic-stricken to find themselves between two evils, while the Romans regained their courage, and, no longer alarmed for their safety, fought for distinction ; they even sallied from the camp, and there was hot fighting in its narrow gateway ; until the enemy gave way before the efforts of the two Roman armies to prove, the one that they were rescuers, the other that they had not needed rescue. Had not the marshes and forests covered the fugitives that victory would have ended the war.

Flushed with this consciousness and with glory, the army began to cry that nothing could bar the way before its courage, that Caledonia must be penetrated, that the furthest shores of Britain must once for all be discovered in one continuous campaign. The men who were yesterday so cautious and prudent were now, after the event, ready and vainglorious. This is the unjustest feature of campaigning : every one claims victories ; reverses are attributed to one man only.

The Britons, on the other hand, conceiving that they had been vanquished, not in courage, but by the

TACITVS

victos rati, nihil ex adrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. atque ita irritatis utrimque animis discessum.

- 28 Eadem aestate cohors Usiporum per Germanias conscripta et in Britanniam transmissa magnum ac memorabile facinus ausa est. occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis exemplum et rectores habebantur, tris liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendere; et uno regente,¹ suspectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore ut miraculum praevehebantur. mox ad aquandum atque utilia raptum egressi et cum plerisque² Britannorum sua defensantium proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suebis, mox a Frisiis intercepti sunt. ac fuere quos per commercia venundatos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos indicium tanti casus inlustravit.

¹ uno regente, *Döderlein*; uno remigante, *F.*; uno renavigante, *H.*

² mox ad aquandum atque utilia raptum egressi et cum plerisque, *H.*; mox ad aquam atque utilia raptis secum * * * cum plerisque, *F.*

AGRICOLA

general's opportune strategy, abated nothing of their arrogance ; but armed their youth, transferred their women and children to safe places, and formulated the confederacy of their tribes by conference and sacrifice. Accordingly the two armies separated with unrest in the mind of each.

During the same summer a battalion of Usipi, enrolled in Germany and sent across to Britain, perpetrated a signal and memorable crime. After murdering their centurions and such soldiers as had been distributed among their companies for the dissemination of military discipline, and who passed as models and instructors, they manned three galleys, violently coercing the helmsmen: with one man to steer them for the other two fell under suspicion and were put to death—they flaunted like a meteor past the fleet, before the news was abroad. Afterwards, disembarking for water and to forage for necessaries, they gave battle to various bodies of Britons defending their property, and after many victories and some defeats ultimately were reduced to such straits as to eat the weakest of their company, and after them the victims drawn by lot. In this fashion they circumnavigated Britain, and then lost the ships they could not steer. They were treated as pirates and captured, some by the Suebi, the remainder by the Frisii ; some of them also were sold in the way of trade, and so reached by exchange of purchasers our bank of the river, and gained notoriety by their commentaries on this eventful history.¹

¹ See Appendix III, p. 342, and Introduction.

TACITVS

29 Initio aestatis Agricola domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit. quem casum neque ut plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit: et in luctu bellum inter remedia erat. igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Graupium pervenit, quem iam hostis insederat. nam Britanni nihil fracti pugnae prioris eventu, et ultionem aut servitium expectantes, tandemque docti commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. iamque super triginta milia armatorum aspiciebantur, et adhuc adfluebat omnis iuventus et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes, cum inter plures duces virtute et genere praestans nomine Calgacus apud contractam multitudinem proelium poscentem in hunc modum locutus fertur:

30 "Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est hodiernum diem

AGRICOLA

In the beginning of the summer Agricola suffered a domestic blow: he lost the son born a year before. He took the loss neither with bravado, like most strong men, nor yet with the lamentations and mournings of a woman. Among other things, he turned for comfort to fighting. Accordingly he sent forward the fleet to make descents on various places, and to spread a general and vague panic; and then, with his army in light marching order, and strengthened by the best of the British soldiers—men tried through long years of peace—he advanced to Mount Graupius,¹ of which the enemy was already in occupation.

For the Britons, in no wise broken by the issue of the previous battle, and seeing before them vengeance or slavery, and learning at last that a common danger must be repelled by union, had brought into the field, by means of envoys and treaties, the flower of all their states. Already more than thirty thousand armed men were on view, and still the stream flowed in of all who were in their prime and of those whose age was still rude and green, famous warriors wearing their several decorations.

Pre-eminent by character and birth among the many chieftains was one named Calgacus. To the gathered host demanding battle he is reported to have spoken in the following strain:

“As often as I survey the causes of this war and our present straits, my heart beats high that this very day and this unity of ours will be the beginning

¹ The *editio princeps* of Puteolanus reads *Grampius*, and thus suggests the Grampians; but the equivocation, strange though it be, appears to be accidental, the name “Grampians” not occurring elsewhere before the sixteenth century. No better clue exists, however.

TACITVS

consensumque vestrum initium libertatis toti Britanniae fore; nam et universi servitutis expertes et nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum imminente nobis classe Romana. ita proelium atque arma, quae fortibus honestâ, eadem etiam ignavis tutissima sunt. priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti nec servientium litora aspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit; atque omne ignotum pro magnifico est: sed nunc terminus Britanniae patet, nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa, et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugeris. raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, iam et mare scrutantur: si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi, quos non Oriens, non Occidens satiaverit: soli omnium opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. auferre trucidare rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant.

- 31 "Liberos cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus alibi servituri auferuntur: coniuges sororesque etiam si hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hospitem polluantur. bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus
- 220

AGRICOLA

of liberty for all Britain. We are all of us untouched yet by slavery : there is no other land behind us, and the very sea even is no longer free from alarms, now that the fleet of Rome threatens us. Battle therefore and arms, the strong man's pride, are also the coward's best safety. Former battles in which Rome was resisted left behind them hopes of help in us, because we, the noblest souls in all Britain, the dwellers in its inner shrine, had never seen the shores of slavery and had preserved our very eyes from the desecration and the contamination of tyranny : here at the world's end, on its last inch of liberty, we have lived unmolested to this day, in this sequestered nook of story ; for the unknown is ever magnified.

“ But to-day the uttermost parts of Britain are laid bare ; there are no other tribes to come ; nothing but sea and cliffs and these more deadly Romans, whose arrogance you shun in vain by obedience and self-restraint. Harriers of the world, now that earth fails their all-devastating hands, they probe even the sea : if their enemy have wealth, they have greed ; if he be poor, they are ambitious ; East nor West has glutted them ; alone of mankind they behold with the same passion of concupiscence waste alike and want. To plunder, butcher, steal, these things they misname empire : they make a desolation and they call it peace.

“ Children and kin are by the law of nature each man's dearest possessions ; they are swept away from us by conscription to be slaves in other lands : our wives and sisters, even when they escape a soldier's lust, are debauched by self-styled friends and guests : our goods and chattels go for tribute ; our lands and harvests in requisitions of grain ; life and limb themselves are used up in levelling marsh and forest to

TACITVS

silvis ac paludibus emuniendis inter verbera ac contumelias conteruntur. nata servituti inancia semel veneunt, atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam quotidie emit, quotidie pascit. ac sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu novi nos et viles in excidium petimur; neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperantibus; et longinquitas ac secretum ipsum quo tutius, eo suspectius. ita sublata spe veniae tandem sumite animum, tam quibus salus quam quibus gloria carissima est. Brigantes femina duce exurere coloniam, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri et indomiti et in libertatem, non in paenitentiam¹ bellaturi,² primo statim congressu ostendamus, quos sibi Caledonia viros seposuerit.

- 32 “An eandem Romanis in bello virtutem quam in pace lasciviam adesse creditis? nostris illi dissensionibus ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt; quem contractum ex diversissimis gentibus ut secundae res tenent, ita adversae dissolvent: nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu) Britannorum plerosque, licet dominationi

¹ paenitentiam, *F.*; patientiam, *H.*

² bellaturi, *H.*; † laturi, *F.*

AGRICOLA

the accompaniment of gibes and blows. Slaves born to slavery are sold once for all and are fed by their masters free of cost ; but Britain pays a daily price for her own enslavement, and feeds the slavers ; and as in the slave-gang the new-comer is a mockery even to his fellow-slaves, so in this world-wide, age-old slave-gang, we, the new hands, worth least, are marked out to be made away with : we have no lands or mines or harbours for the working of which we might be set aside.

“ Further, courage and high spirit in their subjects displease our masters : our very distance and seclusion, in proportion as they save us, make us more suspected : therefore abandon all hope of pardon, and even at this late hour take courage, whether safety or glory be most prized. A woman could lead the Brigantes to burn a colony, to storm a camp ; and had not their success lapsed into listlessness they might have thrown off the yoke ; but *we* shall fight as men untamed, men who have never fallen from freedom, not as returning penitents : let us show them at the very first encounter what manner of men Caledonia holds in reserve for her cause in her far places.

“ Or do you imagine that the Romans have as much courage in war as wantonness in peace ? It is our dissensions and feuds that bring them fame : their enemy’s mistake becomes their army’s glory. That army, gathered from races widely separate, is held together only by success, and will melt away with defeat : unless you suppose that Gauls and Germans, and even—to their shame be it spoken—many of the tribes of Britain, who lend their blood to an alien

TACITVS

alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam servos, fide et adfectu teneri putatis. metus ac terror sunt infirma vincla caritatis; quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. omnia victoriae incitamenta pro nobis sunt: nullae Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt; aut nulla plerisque patria aut alia est. paucos numero, trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare et silvas, ignota omnia circum spectantes, clausos quodam modo ac vinctos di nobis tradiderunt. ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. in ipsa hostium acie inuenimus nostras manus. adgnoscent Britanni suam causam, recordabuntur Galli priorem libertatem: deserent illos ceteri Germani, tam quam nuper Usipi reliquerunt. nec quicquam ultra formidinis: vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniuste imperantes aegra municipia et discordantia. hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla et ceterae seruentium poenae, quas in aeternum perferre aut statim ulcisci in hoc campo est. proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate.”

- 33 Excepere orationem alacres, ut barbaris moris, cantu fremituque et clamoribus dissonis. iamque agmina et armorum fulgores audentissimi cuiusque procurso: simul instruebatur acies, cum Agricola quamquam

AGRICOLA

Personally I associate myself with the opinions of those who hold that in the peoples of Germany there has been given to the world a race untainted by intermarriage with other races, a peculiar people and pure, like no one but themselves; whence it comes that their physique, in spite of their vast numbers, is identical: fierce blue eyes, red hair, tall frames, powerful only spasmodically, and impatient at the same time of labour and hard work, and by no means

¹ See Appendix I, p. 345.

TACITVS

patientia, minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo solove adsueverunt.

5 Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut silvis horrida aut paludibus foeda, umidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam aspicit; satis ferax, frugiferarum arborum inpatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis: numero gaudent, eaeque solae et gratissimae opes sunt. argentum et aurum propitiine an irati di negaverint dubito. nec tamen adfirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud perinde adficiuntur. est videre apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quae humo finguntur; quamquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent formasque quasdam nostrae pecuniae adgnoscent atque eligunt: interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla adfectione animi, sed quia numerus argenteorum facilius usui est promiscua ac vilia mercantibus.

6 Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur :
270

GERMANY

habituated to bearing thirst and heat; to cold and hunger, thanks to the climate and the soil, they are accustomed.

There are some varieties in the appearance of the country, but broadly it is a land of bristling forests and unhealthy marshes; the rainfall is heavier on the side of Gaul; the winds are higher on the side of Noricum and Pannonia.

It is fertile in cereals, but unkindly to fruit-bearing trees; it is rich in flocks and herds, but for the most part they are undersized. Even the cattle lack natural beauty and majestic brows. The pride of the people is rather in the number of their beasts, which constitute the only wealth they welcome.

The gods have denied them gold and silver, whether in mercy or in wrath I find it hard to say; not that I would assert that Germany has no veins bearing gold or silver: for who has explored there? At any rate, they are not affected, like their neighbours, by the use and possession of such things. One may see among them silver vases, given as gifts to their commanders and chieftains, but treated as of no more value than earthenware. Although the border tribes for purposes of traffic treat gold and silver as precious metals, and recognise and collect certain coins of our money, the tribes of the interior practise barter in the simpler and older fashion. The coinage which appeals to them is the old and long-familiar: the denarii with milled edges, showing the two-horsed chariot. They prefer silver to gold: not that they have any feeling in the matter, but because a number of silver pieces is easier to use for people whose purchases consist of cheap objects of general utility.

Even iron is not plentiful among them, as may be gathered from the style of their weapons. Few have

TACITVS

hastas vel ipsorum vocabul^o frameas gerunt angusto
 et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut
 eodem telo, prout ratio poscit, vel comminus vel
eminus pugnent. et eques quidem scuto frameaque
 contentus est, pedites et missilia spargunt, pluraque
 singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo
 leves. nulla cultus iactatio; scuta tantum lectissimis
 coloribus distingunt. paucis loricae, vix uni alterive
 cassis aut galea. equi non forma, non velocitate
 conspicui. sed nec variare gyros in morem nostrum
 docentur: in rectum aut uno flexu dextros agunt, ita
 coniuncto orbe, ut nemo posterior sit. in universum
 aestimanti plus penes peditem roboris; eoque mixti
 proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam
 velocitate peditum, quos ex omni iuventute delectos
 ante aciem locant. definitur et numerus: centeni
 ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vo-
 cantur, et quod primo numerus fuit, iam nomen et
 honor est. acies per cuneos componitur. cedere loco,
 dummodo rursus instes, consilii quam formidinis
 arbitrantur. corpora suorum etiam in dubiis proeliis
 referunt. scutum reliquisse praecipuum flagitium,
 nec aut sacris adesse aut concilium inire ignominioso

GERMANY

swords or the longer kind of lance : they carry short spears, in their language "frameae," with a narrow and small iron head, so sharp and so handy in use that they fight with the same weapon, as circumstances demand, both at close quarters and at a distance. The mounted man is content with a shield and framea : the infantry launch showers of missiles in addition, each man a volley, and hurl these to great distances, for they wear no outer clothing, or at most a light cloak.

There is no bravery of apparel among them : their shields only are picked out with choice colours. Few have breast-plates : scarcely one or two at most have metal or hide helmets. The horses are conspicuous neither for beauty nor speed ; but then neither are they trained like our horses to run in shifting circles : they ride them forwards only or to the right, with but one turn from the straight, dressing the line so closely as they wheel that no one is left behind. On a broad view there is more strength in their infantry, and accordingly cavalry and infantry fight in one body, the swift-footed infantryman, whom they pick out of the whole body of warriors and place in front of the line, being well-adapted and suitable for cavalry battles. The number of these men is fixed— one hundred from each canton : and among themselves this, "the Hundred," is the precise name they use ; what was once a number only has become a title and a distinction. The battle-line itself is arranged in wedges : to retire, provided you press on again, they treat as a question of tactics, not of cowardice : they carry off their dead and wounded even in drawn battles. To have abandoned one's shield is the height of disgrace ; the man so disgraced cannot be present at religious rites, nor attend a council : many

TACITVS

fas ; multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.

7 Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. ceterum neque animadvertere neque vincere, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. effigiesque et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt ; quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates ; et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores : ad matres, ad coniuges vulnera ferunt : nec illae numerare aut exigere plagas pavent, cibosque et hortamina pugnantibus gestant.

8 Memoriae proditur quasdam acies inclinatas iam et labantes a feminis restitutas constantia precum et obiectu pectorum et monstrata comminus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur. inesse quin etiam sanctum aliquid et pro-

274

GERMANY

survivors of war have ended their infamy with a noose:

They take their kings on the ground of birth, their generals on the basis of courage: the authority of their kings is not unlimited or arbitrary; their generals control them by example rather than command, and by means of the admiration which attends upon energy and a conspicuous place in front of the line. But anything beyond this—capital punishment, imprisonment, even a blow—is permitted only to the priests, and then not as a penalty or under the general's orders, but as an inspiration from the god whom they suppose to accompany them on campaign: certain totems, in fact, and emblems are fetched from groves and carried into battle. The strongest incentive to courage lies in this, that neither chance nor casual grouping makes the squadron or the wedge, but family and kinship: close at hand, too, are their dearest, whence is heard the wailing voice of woman and the child's cry: here are the witnesses who are in each man's eyes most precious; here the praise he covets most: they take their wounds to mother and wife, who do not shrink from counting the hurts and demanding a sight of them:¹ they minister to the combatants food and exhortation.

Tradition relates that some lost or losing battles have been restored by the women, by the incessance of their prayers and by the baring of their breasts; for so is it brought home to the men that the slavery, which they dread much more keenly on their women's account, is close at hand: it follows that the loyalty of those tribes is more effectually guaranteed from whom, among other hostages, maids of high birth have been exacted.

¹ See Appendix II, p. 346.

TACITVS

vidum putant, nec aut consilia earum aspernantur aut responsa neglegunt. vidimus sub divo Ves-pasiano Velaedam diu apud plerosque numinis loco habitam; sed et olim Albrunam et compluris alias venerati sunt, non adulatione nec tamquam facerent deas.

- 9 Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. pars Sueborum et Isidi sacrificat: unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem. ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem adsimulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.
- 10 Auspicia sortesque ut qui maxime observant: sortium consuetudo simplex. virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputant eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. mox, si publice consultetur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiae, precatus

¹ The Germans recognised divine inspiration when they saw it; the Romans "manufactured" goddesses out of very inferior clay.

² *i.e.* to the local god, whom the *interpretatio Romana*

GERMANY

Further, they conceive that in woman is a certain uncanny and prophetic sense: they neither scorn to consult them nor slight their answers. In the reign of Vespasian of happy memory we saw Velaeda treated as a deity by many during a long period; but in ancient times also they revered Albruna and many other women—in no spirit of flattery, nor for the manufacture of goddesses.¹

Of the gods, they give a special worship to Mercury,² to whom on certain days they count even the sacrifice of human life lawful. Hercules and Mars³ they appease with such animal life as is permissible. A section of the Suebi⁴ sacrifices also to Isis: the cause and origin of this foreign worship I have not succeeded in discovering, except that the emblem itself, which takes the shape of a Liburnian galley, shows that the ritual is imported.⁵

Apart from this they deem it incompatible with the majesty of the heavenly host to confine the gods within walls, or to mould them into any likeness of the human face: they consecrate groves and coppices, and they give the divine names to that mysterious something which is visible only to the eyes of faith.

To divination and the lot they pay as much attention as any one: the method of drawing lots is uniform. A bough is cut from a nut-bearing tree and divided into slips: these are distinguished by certain runes and spread casually and at random over white cloth: afterwards, should the inquiry be official the priest of the state, if private the father of the family

identified with Mercury, viz. Wuodan or Odin: compare our Wednesday with the French Mercredi.

¹ See Appendix III, p. 347.

² See ch. 38 and Appendix IX, p. 350.

³ See Appendix IV, p. 347.

TACITVS

deos caelumque suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum, auspicioꝝ adhuc fides exigitur. et illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare: proprium gentis equorum quoque praesagia ac monitus experiri. publice aluntur isdem nemoribus ac lucis, candidi et nullo mortali opere contacti; quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur hinnitusque ac fremitus observant. nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres; sacerdotes enim ministros deorum, illos conscios putant. est et alia observatio auspicioꝝ, qua gravium bellorum eventus explorant. eius gentis, cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria huius vel illius pro praediudicio accipitur.

- 11 De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur. coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur; nam

GERMANY

in person, after prayers to the gods and with eyes turned to heaven,¹ takes up one slip at a time till he has done this on three separate occasions, and after taking the three interprets them according to the runes which have been already stamped on them: if the message be a prohibition, no inquiry on the same matter is made during the same day; if the message be permissive, further confirmation is required by means of divination; and even among the Germans divination by consultation of the cries and flight of birds is well known, but their special divination is to make trial of the omens and warnings furnished by horses.

In the same groves and coppices are fed certain white horses, never soiled by mortal use: these are yoked to a sacred chariot and accompanied by the priest and king, or other chief of the state, who then observe their neighing or snorting. On no other divination is more reliance placed, not merely by the people but also by their leaders: the priests they regard as the servants of the gods, but the horses are their confidants.

They have another method of taking divinations, by means of which they probe the issue of serious wars. A member of the tribe at war with them is somehow or other captured and pitted against a selected champion of their own countrymen, each in his tribal armour. The victory of one or the other is taken as a presage.

On small matters the chiefs consult; on larger questions the community; but with this limitation, that even the subjects, the decision of which rests with the people, are first handled by the chiefs. They meet, unless there be some unforeseen and

¹ See Appendix V, p. 348.

TACITVS

agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. sic constituunt, sic condicunt : nox ducere diem videtur. illud ex libertate vitium, quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. ut turbae¹ placuit, considunt armati. silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi ius est, imperatur. mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate. si displicuit sententia, fremitu aspernantur ; sin placuit, frameas concutiunt : honoratissimum adsensus genus est armis laudare.

- 12 Licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere. distinctio poenarum ex delicto. proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. sed et levioribus delictis pro modo poena : equorum pecorumque numero convicti multantur. pars multae regi vel civitati, pars

¹ turbae, MSS. ; turba, F., H.]

GERMANY

sudden emergency, on days set apart—when the moon, that is, is new or at the full : they regard this as the most auspicious herald for the transaction of business. They count not by days as we do, but by nights :¹ their decisions and proclamations are subject to this principle : the night, that is, seems to take precedence of the day.

It is a foible of their freedom that they do not meet at once and when commanded, but a second and a third day is wasted by dilatoriness in assembling : when the mob is pleased to begin, they take their seats carrying arms. Silence is called for by the priests, who thenceforward have power also to coerce : then a king or a chief is listened to, in order of age, birth, glory in war, or eloquence, with the prestige which belongs to their counsel rather than with any prescriptive right to command. If the advice tendered be displeasing, they reject it with groans ; if it please them, they clash their spears : the most complimentary expression of assent is this martial approbation.

At this assembly it is also permissible to lay accusations and to bring capital charges. The nature of the death penalty differs according to the offence : traitors and deserters are hung from trees ; cowards and poor fighters and notorious evil-livers are plunged in the mud of marshes with a hurdle on their heads : the difference of punishment has regard to the principle that crime should be blazoned abroad by its retribution, but abomination hidden. Lighter offences have also a measured punishment : those convicted are fined in a number of horses and cattle : part of the fine goes to the king or the state ; part is paid to the

¹ Compare our words "fortnight," "se'nnight," the relics of the same principle.

TACITVS

ipsi, qui vindicavit,¹ vel propinquus eius exsolvitur. eliguntur in isdem conciliis et principes, qui iura per pagos vicosque reddunt; centeni singulis ex plebe comites consilium simul et auctoritas adsunt.

- 13 Nihil autem neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt. sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinqui scuto frameaque iuvenem ornant: haec apud illos toga, hic primus iuventae honos; ante hoc domus pars videntur, mox rei publicae. insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adulescentulis adsignant: ceteris² robustioribus ac iam pridem probatis adgregantur, nec rubor inter comites adspici. gradus quin etiam ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur; magnaue et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites. haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat; expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa plerumque fama bella profligant.

- 14 Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci,

¹ vindicavit, *Vatican MS. (B)*; vindicatur, *other MSS., F., H.*

² ceteris, *MSS., F.*; ceteri, *H. after Lipsius.*

GERMANY

person himself who brings the charge or to his relatives. At the same gatherings are selected chiefs, who administer law through the cantons and villages: each of them has one hundred assessors from the people to be his responsible advisers.

They do no business, public or private, without arms in their hands; yet the custom is that no one take arms until the state has endorsed his competence: then in the assembly itself one of the chiefs or his father or his relatives equip the young man with shield and spear: this corresponds with them to the toga, and is youth's first public distinction: hitherto he seems a member of the household, now a member of the state. Conspicuously high birth, or signal services on the part of ancestors, win the chieftain's approbation even for very young men: they mingle with the others, men of maturer strength and tested by long years, and have no shame to be seen among his retinue. In the retinue itself degrees are observed, depending on the judgment of him whom they follow: there is great rivalry among the retainers to decide who shall have the first place with his chief, and among the chieftains as to who shall have the largest and keenest retinue. This means rank and strength, to be surrounded always with a large band of chosen youths—glory in peace, in war protection: nor is it only so with his own people, but with neighbouring states also it means name and fame for a man that his retinue be conspicuous for number and character: such men are in request for embassies, and are honoured with gifts, and often, by the mere terror of their name, break the back of opposition in war.

When the battlefield is reached it is a reproach

TACITVS

turpe comitatu virtutem principis non adaequare. iam vero infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse : illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius adsignare praecipuum sacramentum est : principes pro victoria pugnant, comites pro principe. si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adulescentium petunt ultro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies et facilius inter ancipitia clarescunt magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare : exigunt enim a principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam ; nam epulae et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt. materia munificentiae per bella et raptus. nec arare terram aut exspectare annum tam facile persuaseris quam vocare hostem et vulnera mereri. pigrum quin immo et iners videtur sudore adquirere quod possis sanguine parare.

- 15 Quotiens bella non ineunt, multum ¹ venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque, fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et penatium et agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia : ipsi hebent, mira diversitate naturae, cum idem homines sic ament inertiam et oderint quietem. mos est civitatibus ultro

¹ multum, *Lipsius* ; non multum, *MSS., F., H.*

GERMANY

for a chief to be surpassed in prowess ; a reproach for his retinue not to equal the prowess of its chief : but to have left the field and survived one's chief, this means lifelong infamy and shame : to protect and defend him, to devote one's own feats even to his glorification, this is the gist of their allegiance : the chief fights for victory, but the retainers for the chief.

Should it happen that the community where they are born be drugged with long years of peace and quiet, many of the high-born youth voluntarily seek those tribes which are at the time engaged in some war ; for rest is unwelcome to the race, and they distinguish themselves more readily in the midst of uncertainties : besides, you cannot keep up a great retinue except by war and violence, for it is to the free-handed chief that they look for that war-horse, for that murderous and masterful spear : banquetings and a certain rude but lavish outfit take the place of salary. The material for this free-handedness comes through war and foray. You will not so readily persuade them to plough the land and wait for the year's returns as to challenge the enemy and earn wounds : besides, it seems limp and slack to get with the sweating of your brow what you can gain with the shedding of your blood.

When they are not entering on war, they spend much time in hunting, but more in idleness—creatures who eat and sleep, the best and bravest warriors doing nothing, having handed over the charge of their home, hearth, and estate to the women and the old men and the weakest members of the family : for themselves they vegetate, by that curious incongruity of temperament which makes of the same men such lovers of slumber and such haters of quiet.

TACITVS

ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed et publice mittuntur, electi equi, magna arma, phalerae torquesque; iam et pecuniam accipere docuimus.

16 Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit, vicos locant non in nostrum morem conexas et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium sive inscitia aedificandi. ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi et citra speciem aut delectationem. quaedam loca diligentius inlinunt terra ita pura ac splendente, ut picturam ac liniamenta colorum imitetur. solent et subterraneos specus aperire eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemis et receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum eius modi loci molliunt, et si quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem et defossa aut ignorantur aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt.

17 Tegumen omnibus sagum fibula aut, si desit, spina consertum: cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt. locupletissimi veste distinguuntur, non

286

GERMANY

It is the custom in their states to bestow upon the chief unasked and man by man some portion of one's cattle or crops: it is accepted as a compliment, but also serves his needs. The chiefs appreciate still more the gifts of neighbouring tribes, which are sent not merely by individuals but by the community—selected horses, heavy armour, bosses and bracelets: by this time we have taught them to accept money also.

It is well known that none of the German tribes live in cities, that even individually they do not permit houses to touch each other: they live separated and scattered, according as spring-water, meadow, or grove appeals to each man: they lay out their villages not, after our fashion, with buildings contiguous and connected; every one keeps a clear space round his house, whether it be a precaution against the chances of fire, or just ignorance of building. They have not even learned to use quarry-stone or tiles: the timber they use for all purposes is unshaped, and stops short of all ornament or attraction: certain buildings are smeared with a stucco bright and glittering enough to be a substitute for paint and frescoes. They are in the habit also of opening pits in the earth and piling dung in quantities on the roof, as a refuge from the winter or a root-house, because such places mitigate the rigour of frost, and if an enemy come, he lays waste the open; but the hidden and buried houses are either missed outright or escape detection just because they require a search.

For clothing all wear a cloak, fastened with a clasp, or, in its absence, a thorn: they spend whole days on the hearth round the fire with no other covering. The richest men are distinguished by the wearing of under-clothes; not loose, like those of Parthians and

TACITVS

fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. gerunt et ferarum pelles, proximi ripae negligenter, posteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. eligunt feras et detracta velamina spargunt maculis pellibusque beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius lineis amictibus velantur eosque purpura variant, partemque vestitus superioris in ~~manicas~~ non extendunt, nudae brachia ac lacertos; sed et proxima pars pectoris patet. quamquam severa illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaveris. nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiuntur.

- 18 Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. intersunt parentes et propinqui ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. in haec munera uxor accipitur, atque in vicem ipsa armorum aliquid viro adfert: hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet,
- 288

GERMANY

Sarmatians, but drawn tight, throwing each limb into relief.

They wear also the skins of wild beasts, the tribes adjoining the river-bank in casual fashion, the further tribes with more attention, since they cannot depend on traders for clothing. The beasts for this purpose are selected, and the hides so taken are chequered with the pied skins of the creatures native to the outer ocean and its unknown waters.

The women have the same dress as the men, except that very often trailing linen garments, striped with purple, are in use for women: the upper part of this costume does not widen into sleeves: their arms and shoulders are therefore bare, as is the adjoining portion of the breast.

None the less the marriage tie with them is strict: you will find nothing in their character to praise more highly. They are almost the only barbarians who are content with a wife apiece: the very few exceptions have nothing to do with passion, but consist of those with whom polygamous marriage is eagerly sought for the sake of their high birth.

As for dower, it is not the wife who brings it to the husband, but the husband to the wife. The parents and relations are present to approve these gifts—gifts not devised for ministering to female fads, nor for the adornment of the person of the bride, but oxen, a horse and bridle, a shield and spear or sword; it is to share these things that the wife is taken by the husband, and she herself, in turn, brings some piece of armour to her husband. Here is the gist of the bond between them, here in their eyes its mysterious sacrament, the divinity which hedges it. That the wife may not imagine herself released from the practice of heroism, released

TACITVS

ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque: hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. sic vivendum, sic pereundum: accipere se quae liberis inviolata reddat, ac digna¹ quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur.

- 19 Ergo saepta pudicitia agunt, nullis spectaculorum inlecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. litterarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens et maritis permissa: abscisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit; publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit. nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi saeculum vocatur. melius quidem adhuc eae civitates, in quibus tantum virgines nubunt et cum spe votoque uxoris semel transigitur. sic unum accipiunt maritum quo modo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. numerum liberorum finire aut quemquam ex adgnatis necare flagitium

¹ inviolata reddat, ac digna, *Acidalius*; inviolata ac digna reddat, *MSS., F., H.*

GERMANY

from the chances of war, she is thus warned by the very rites with which her marriage begins that she comes to share hard work and peril; that her fate will be the same as his in peace and in panic, her risks the same. This is the moral of the yoked oxen, of the bridled horse, of the exchange of arms; so must she live and so must die. The things she takes she is to hand over inviolate to her children, fit to be taken by her daughters-in-law and passed on again to her grandchildren.

So their life is one of fenced-in chastity. There is no arena with its seductions, no dinner-tables with their provocations to corrupt them. Of the exchange of secret letters men and women alike are innocent; adulteries are very few for the number of the people. Punishment is prompt and is the husband's prerogative: her hair close-cropped, stripped of her clothes, her husband drives her from his house in presence of his relatives and pursues her with blows through the length of the village. For prostituted chastity there is no pardon; beauty nor youth nor wealth will find her a husband. No one laughs at vice there; no one calls seduction, suffered or wrought, the spirit of the age. Better still are those tribes where only maids marry, and where a woman makes an end, once for all, with the hopes and vows of a wife; so they take one husband only, just as one body and one life, in order that there may be no second thoughts, no belated fancies: in order that their desire may be not for the man, but for marriage;¹ to limit the number of their children, to make away with any of the later children is held abominable,

¹ See Appendix VI, p. 348.

TACITVS

habetur, plusque ibi boni mores valent quam alibi bonae leges.

20 In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas: inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus adgnoscat. sera iuvenum venus, eoque inexhausta pubertas. nec virgines festinantur; eadem iuventa, similis proceritas: pares validaeque miscentur, ac roborum parentum liberi referunt. sororum filiis idem apud avunculum qui apud patrem honor. quidam sanctiorem artiolemque hunc nexum sanguinis arbitrantur et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tamquam et animum firmiter et domum latius teneant. heredes tamen successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum. si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi. quanto

¹ An obvious reference to Roman race-suicide and infanticide and to the attempt made by the lex Papia Poppaea to stem these evils.

² *Deliciis educationis* looks at first sight the Latin equivalent to τὰ περίτρα, τὰ κομψά in Greek (in Euripides' *Antiope*, 25-27, for instance), but it is not so: the Greek refers

GERMANY

and good habits have more force with them than good laws elsewhere.¹

There then they are, the children, in every house, filling out amid nakedness and squalor into that girth of limb and frame which is to our people a marvel. Its own mother suckles each at her breast; they are not passed on to nursemaids and wet-nurses.

Nor can master be recognised from servant by any flummery² in their respective bringing-up: they live in the company of the same cattle and on the same mud floor till years separate the free-born and character claims her own.

The virginity of youth is late treasured and puberty therefore inexhaustible; nor for the girls is there any hot-house forcing; they pass their youth in the same way as the boys: their stature is as tall; when they reach the same strength they are mated, and the children reproduce the vigour of the parents. Sisters' children mean as much to their uncle as to their father:³ some tribes regard this blood-tie as even closer and more sacred than that between son and father, and in taking hostages make it the basis of their demand, as though they thus secure loyalty more surely and have a wider hold on the family.

However, so far as heirship and succession are concerned, each man's children are his heirs, and there is no will; if there be no children, the nearest degrees of relationship for the holding of property are brothers, paternal uncles, and uncles maternal:

(as one would expect) to education in the narrower and more technical sense, and therein to "culture" subjects and to the "other frills" of education; but Tacitus only means that the children are all brought up without distinction, and without cosseting and pampering for the better born.

³ See Appendix VII, p. 349.

TACITVS

plus propinquorum, quanto maior adfinium numerus
tanto gratiosior senectus; nec ulla orbitatis pretia.

- 21 Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui
quam amicitias necesse est; nec implacabiles durant:
luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac
pecorum numero recipitque satisfactionem universa
domus, utiliter in publicum, quia periculosiores sunt
inimicitiae iuxta libertatem.

Convictibus et hospitii non alia gens effusius in-
dulget. quemcumque mortalium arcere tecto nefas
habetur; pro fortuna quisque apparatus epulis excipit.
cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator
hospitii et comes; proximam domum non invitati
adeunt. nec interest: pari humanitate accipiuntur.
notum ignotumque quantum ad ius hospitis nemo dis-
cernit. abeunti, si quid poposcerit, concedere moris;
et poscendi in vicem eadem facilitas. gaudent muner-
ibus, sed nec data imputant nec acceptis obligantur.

- 22 Statim e somno, quem plerumque in diem extra-
hunt, lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum
hiems occupat. lauti cibum capiunt: separatae sin-
gulis sedes et sua cuique mensa. tum ad negotia nec
minus saepe ad convivium procedunt armati. diem
noctemque continuare potando nulli probrum. cre-
brae, ut inter vinolentos, rixae raro conviciis, saepius

¹ Tacitus scoffs at the courtship paid in Rome to *orbitas*,
i. e. to the old and childless.

GERMANY

the more relations a man has and the larger the number of his connections by marriage, the more influence has he in his age; it does not pay to have no ties.¹

It is incumbent to take up a father's feuds or a kinsman's not less than his friendships; but such feuds do not continue unappeasable: even homicide is atoned for by a fixed number of cattle and sheep, and the whole family thereby receives satisfaction, to the public advantage; for feuds are more dangerous among a free people.

No race indulges more lavishly in hospitality and entertainment: to close the door against any human being is a crime. Every one according to his property receives at a well-spread board: should it fail, he who had been your host points out your place of entertainment and goes with you. You go next door, without an invitation, but it makes no difference; you are received with the same courtesy. Stranger or acquaintance, no one distinguishes them where the right of hospitality is concerned. It is customary to speed the parting guest with anything he fancies. There is the same readiness in turn to ask of him: gifts are their delight, but they neither count upon what they have given, nor are bound by what they have received.

On waking from sleep, which they generally prolong into the day, they wash, usually in warm water, since winter bulks so large in their lives: after washing they take a meal, seated apart, each at his own table: then, arms in hand, they proceed to business, or, just as often, to revelry. To out-drink the day and night is a reproach to no man: brawls are frequent; naturally, among heavy drinkers: they seldom terminate with abuse, more often in wounds

TACITVS

caede et vulneribus transiguntur. sed et de reconciliandis invicem inimicis et iungendis adfinitatibus et adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta pectoris licentia ioci; ergo detecta et nuda omnium mens. postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio est: deliberant, dum fingere nesciunt, constituunt, dum errare non possunt.

23 Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus: proximi ripae et vinum mercantur. cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum: sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. adversus sitim non eadem temperantia. si induleris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincuntur.

24 Genus spectaculorum unum atque in omni coetu idem. nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem paravit, ars decorem, non in quaestum tamen aut mercedem: quamvis audacis lasciviae pretium est voluptas spectantium. aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive

296

GERMANY

and bloodshed; nevertheless the mutual reconciliation of enemies, the forming of family alliances, the appointment of chiefs, the question even of war or peace, are usually debated at these banquets; as though at no other time were the mind more open to obvious, or better warmed to larger, thoughts. The people are without craft or cunning, and expose in the freedom of revelry the heart's previous secrets; so every mind is bared to nakedness: on the next day the matter is handled afresh; so the principle of each debating season is justified: deliberation comes when they are incapable of pretence, but decision when they are secure from illusion.

For drink they use the liquid distilled from barley or wheat, after fermentation has given it a certain resemblance to wine. The tribes nearest the river also buy wine. Their diet is simple: wild fruit, fresh venison, curdled milk. They banish hunger without sauce or ceremony, but there is not the same temperance in facing thirst: if you humour their drunkenness by supplying as much as they crave, they will be vanquished through their vices as easily as on the battlefield.¹

Their shows are all of one kind, and the same whatever the gathering may be: naked youths, for whom this is a form of professional acting, jump and bound between swords and upturned spears. Practice has made them dexterous and dexterity graceful; yet not for hire or gain: however daring be the sport, the spectator's pleasure is the only price they ask. Gambling, one may be surprised to find, they practise in all seriousness in their sober hours, with such

¹ Tacitus does not mean that such was the deliberate policy of Rome, but rather a possible result of the weakness of primitive races.

TACITVS

temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo iactu de libertate ac de corpore contendant. victus voluntariam servitutem adit : quamvis iuvenior, quamvis robustior adligari se ac venire patitur. ea
* est in re prava pervicacia ; ipsi fidem vocant. servos condicionis huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant.

25 Ceteris servis non in nostrum morem, discriptis per familiam ministeriis, utuntur : suam quisque sedem, suos penates regit. frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis ut colono iniungit, et servus hactenus paret : cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur. verberare servum ac vinculis et opere coërcere rarum : occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune est. liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, numquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus quae regnantur. ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt : apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

¹ *Colonus* came in time to mean "serf," which seems to suit the context here ; but Tacitus is either anticipating the later meaning of *colonus* or is suggesting a false analogy between

GERMANY

recklessness in winning or losing that, when all else has failed, they stake personal liberty on the last and final throw : the loser faces voluntary slavery : though he be the younger and the stronger man, he suffers himself to be bound and sold ; such is their persistence in wrong-doing, or their good faith, as they themselves style it. Slaves so acquired they trade, in order to deliver themselves, as well as the slave, from the humiliation involved in such victory.

Their other slaves are not organised in our fashion : that is, by a division of the services of life among them. Each of them remains master of his own house and home : the master requires from the slave as serf¹ a certain quantity of grain or cattle or clothing. The slave so far is subservient ; but the other services of the household are discharged by the master's wife and children. To beat a slave and coerce him with hard labour and imprisonment is rare : if they are killed, it is not usually to preserve strict discipline, but in a fit of fury, like an enemy, except that there is no penalty to be paid.

Freedmen are not much above slaves : rarely are they of any weight in the household, never in politics, except at least in those states which have kings : then they climb above the free-born and above the nobles : in other states the disabilities of the freedman are the evidence of freedom.

To charge interest and to extend the same to usury² is unknown, and the principle accordingly better observed than if there had been actual prohibition.

the *colonus* of his time and the German "serf." The passage illustrates his carelessness about legal and constitutional technicalities.

² The word "usury" seems here to be used precisely in the popular sense which it bears to-day, of extravagant rates of interest.

TACITVS

26 Faenus agitare et in usuras extendere ignotum; ideoque magis servatur quam si vetitum esset. agri pro numero cultorum ab universis (vicis¹) occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur; facilitatem partiendi camporum spatia praestant. arva per annos mutant, et superest ager. nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent et hortos rigent: sola terrae seges imperatur. unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hiems et ver et aestas intellectum ac vocabula habent, autumnus perinde nomen ac bona ignorantur.

27 Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adicitur. sepulcrum caespes erigit: monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem defunctis aspernantur. lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. feminis lugere honestum est, viris meminisse.

Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta ritusque, quatenus differant, quaeque nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

28 Validiores olim Gallorum res fuisse summus aucto-

¹ vicis, one MS. (Bamberginensis), F.; [vices], Vatican MS. (C) and H.; in vices, Vatican MS. (B).

GERMANY

Land is taken up by a village as a whole, in quantity according to the number of the cultivators: they then distribute it among themselves on the basis of rank, such distribution being made easy by the extent of domain occupied. They change the arable land yearly, and there is still land to spare, for they do not strain the fertility and resources of the soil by tasking them, through the planting of vineyards, the setting apart of water-meadows, the irrigation of vegetable gardens. Grain is the only harvest required of the land; accordingly the year itself is not divided into as many parts as with us: winter, spring, summer have a meaning and name; of autumn¹ the name alike and bounties are unknown.

In burial there is no ostentation: the single observance is to burn the bodies of their notables with special kinds of wood. They build a pyre, but do not load it with palls or spices: to each man his armour; to the fire of some his horse also is added. The tomb is a mound of turf: the difficult and tedious tribute of a monument they reject as too heavy on the dead. Weeping and wailing they put away quickly: sorrow and sadness linger. Lamentation becomes women: men must remember.

So much in general we have ascertained concerning the origin of the undivided Germans and their customs. I shall now set forth the habits and customs of the several races, and the extent to which they differ from each other; and explain what tribes have migrated from Germany to the Gallic provinces.

That the fortunes of the Gaul were once higher

¹ Similarly, our own words for the seasons are all native words, except autumn, which is Latin; "fall," now American, was not English before (or after) the sixteenth and seventeenth centuries. Similarly, "herbst" is said to be late German.

TACITVS

